

hirundinem conuersam poetæ fabulantur: quã mutationem perpulchre cecinit
 Ouidius sexto suæ Metamorphoseos in calce, inibi figmentum amplissime pro-
 sequens. **A**lsine dicta est, quòd in lucis nascatur quos Græci ἄλση vocāt, & ne-
 morosis opacitatibus gaudeat. nanq; magna ex parte vmbrosa sequitur, & ma-
 xime parietes hortorū adamat. **M**ysota, id est auricula muris, nomen inue-
 nit q̄ folijs muscutorū aures æmuletur, foricum auribus cum prorepit expres-
 sis. **T**elephium Telephi Mysiæ regis nomen adoptauit, qui vulneratus ab A-
 chille, deploratis ferè vlceribus consenuit, quæ non nisi ab authore mali sanari
 potuissent. Putrilaginosus quoq; vlceribus auxiliari tradit Galenus, quibus quòd
 10 Telephus laborauerit, telephium cœpit appellari. **A**garicum gentile sibi nomē
 asciuit. nanque Ptolemæus Agarum & urbem & amnē in Sarmatiam vocari tra-
 dit. Appianus Alexandrinus Agaros Scythicam gentē contra serpentium morsus
 adhiberi solitam refert: propter quod Mithridates eos apud se habuerit. **R**ha-
 ponticum à natali solo retulit appellationē. siquidem in ripis Rha fluminis su-
 pra Pontum & Cymeriū Bosphorū nascitur. Is amnis Tanai vicinus est, in cui-
 15 ius supercilijs eiusdem nominis oritur radix, ad multiplices medelarū vsus pro-
 ficiens. Celsus radicē ponticam vocauit: Plinius rhacoma, nisi deprauatus sit lo-
 cus quod fere suspicor. Græci rheon: solus Aëtius rhaon ausus est nominare.
Gentianam inuenit Gentius rex Illyriorum ubiq; nascentē, in Illyrico tamen
 20 præstantissimam, vnde nomen reportauit. hanc ventosis suæ regionis monti-
 bus conquisiuit, & inuentam demonstrauit, vt pleniore beneficio remedij genus
 humanū demereretur. Iamq; pridem, vt arbitror, vetustissimi regis famam de-
 leuisset obliuio, nullūmq; prorsus regiæ maiestatis extaret monumentum, nisi
 renascens quotannis herba nobis periturā alioqui memoriā subinde refricasset.
 25 **A**ristolochiæ vt Dioscoridi placet, appellationē puerperæ tribuerunt, quoniã
 αἰεὶν λοχιάσσαις, id est puerperis egregie salutaris, vtpote quæ remoratos mēses,
 hærentes secundas, & reliquias omneis à partu pellat. Plinio aristolochiæ nomen
 grauidæ dedisse videntur, quòd αἰεὶν λοχιάσσαις: vel, vt idē fatetur, à conceptu ad-
 mota vuluis in carne bubula mares figuret. Nihil tamen grauidis & vterum ge-
 30 stantibus opitulari constat: cum in calce vigesimifexti menses & secundas cie-
 re idem tradat Plinius, & emortuos partus extrahere, myrrha & pipere additis
 pota, vel subdita: quod & Dioscoridis confirmat sentētia. Nemo siquidem po-
 test inficiari noxiam esse prægnantibus herbam, quæ genitalibus locis mēses, se-
 cundas, & partus emoliat, accersatq;: quare in nominis assignatione & viribus
 35 parum sibi constare Plinius videtur. Cicero libro de diuinatione primo, eius ap-
 pellationē inuentori retulit inquiring, Quid aristolochia ad morsus serpentū pos-
 sit, quæ nomē ex inuentore reperit, rem ipsam inuentor ex somnio: posse video
 quod satis est, cur possit nescio. Latinis vt Plinius est author, malum terræ dici-
 tur, quòd tuberibus radicum rotundis præsertim fœmina conspiciatur, ac radix
 40 in globum rapi modo rotundetur, Græco tamen nobilior nomine quàm Lati-
 no. Nec me præterit Theodorum Gazam cyclaminum, malum terræ vertisse.
Glycyrrhiza nomen acceptauit quòd magnam gustanti dulcedinē repræsen-
 tet. nanque qui linguam consuluerit, suauissimū saporem non deesse comperiet.
 igitur à grato dulcedinis sensu Græci fingendis nominibus felices, vocabulum
 45 indiderunt. Latini eorū imitatione & veluti verbum verbo reddentes, dulcem

radicem nominarunt. Scythicam Theophrastus appellauit, nondum facta vocabuli recentioris adoptione, quod Scythæ ad abigendam famem vescantur ea. Si quidem hoc exiguo victu duodecim sæpe dies esuritionis incommoda propulsant. Ad ipsi quoque vocabulum huic radici dicarunt, quod excruciantis sitis querelas discutiat, & eius iniurias comanducatu leuet. **C**entauria nomen inuenitur quod curatus dicitur ea Chiron Centaurus, cum Herculis exceptus hospitio, pertractanti arma sagitta excidisset in pedem, quare aliqui quoque chironion vocant. Nicander in theriacis huius inuentionem Chironi assignauit, quam cum in Pelio monte niuibus obsito reperisset, hac ut idem testatur, Pelethronius saltus scatebat. Quapropter id fuit causæ cur posteris pelethroniæ cognomentum usurpauerit. Aliqui quoque ab ipsis natalibus appellationem indiderunt, quod Maronius Thraciæ mons huius sit cetauriæ ferax, sicuti tenue centaurion libadion vocant, quod secundum fontes nascitur: Latini fel terræ nuncupant, propter amaritudinem summam: veteres Galli exacum, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per aluum. **C**ur Chamæleo vocetur, à varietate foliorum euenit. mutat enim cum terra colorem, hic niger, illic viridis, aliubi cæruleus, aliubi croceus, atque alijs coloribus, humi in qua nascitur semper exprimit colorem: non aliter quam animal chamæleo reddit semper quæcumque proxime attingit, præter rubrum candidumque. Namque glaber est omnino, eximiaque cutis læuitate speculimodo proximantia quæcumque æmulatur, & colorum vices alternat: quod Ouidius decimoquinto Metamorphoseon cecinit,

» Id quoque quod ventis animal nutritur & aura,

» Protinus assimilat tetigit quoscumque colores.

Simile quiddam de polypo traditur: siquidem cuiusque cirris nixus hæserit saxo, huius consimilem repræsentabit. Quinimodò proximi cuiusque speculario coris læuore faciem mentietur, quo fit ut versicolorio cutis nitore piscatorum oculos præstringat, & insidiantium manus euadat si Luciano credimus, hoc fretus præstigio, Chamæleonem album ixiam quoque dici video, quia quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maxime circa Canis ortum, quo thura nasci dicuntur, ex quo serpentes nasci fabulantur. Hoc ut mastiche utuntur mulieres in Creta insula. Ut Theophrastus est author lachrymam fundit: nam hodie rusticos Cretes audio sagittarum pennas eo glutinare. Et quod ricinos canum necet, iuuenas quoque anginae modo, quibusdam vophonon vocatur, quasi cuncta necans: vel ut enarrator Nicandri tradit ὄλον φοβητικόν, id est exitiale totum. Cynozolon quoque propter grauitatem odoris, quod est caninum virus olens: sicut & cynomazon, quod in offa, vel pulte necandis canibus detur. **D**ipsacus nomen inuenitur quasi siticulis, quod concauo alarum sinu rorem vel imbrem concipiat, quo velut ad abigendas sitis iniurias abutetur. Labri venerei nomenclationem à carinato foliorum habitu contraxit, quæ se anfractuosa sinuant ambage peluim vel lauacrum exprimentia, semperque rotulenti laticis aut pluuij fideliter modo tenacia. E Græcia nonnulli onocardion quasi asini corculum dixerunt, quod id animal magna cibi huius capiatur voluptate, & ad eam cum senserit, magna celeritate feratur. Qui græcolatinam vocem quasi carduum asinum, ut eis venit in mentem ita accipi volunt, halucinantur: quoniam felices fingendis vocibus Græci rarissime à Latinis vocabula mutuuntur, quanto minus dimidiatis velut latinogræci compositiones emen-

dicent. Nanq; Dioscorides vt Romanæ linguæ voces non horruit, sic vti proferebantur ab eis medicinali materiæ commiscuit. **C**inara nomē retulit q̄ gentilem ei puellam in hanc herbā versam cōminiscantur. Sunt qui à cinere dictam autument, quo vt Columella & Palladius aiunt, lætatur: sed horū sententiæ non accedo. Quandoquidē vt statim liquebit, cynaræ vocabulum è Græcia venit in Latium. Vetustissimi quiq; Grai cum poetæ tum oratores cynaræ spinæ meminerunt. Callimachus scriptum reliquit circiter Hircanicū mare montes editos videri pubentibus syluis virentes, in quibus spinosa cynara nascatur. Prodedit & idem Chorasmos solis ortum spectare, qui campos habeāt & montes, syluestribus arbutis cynarāq; spina vestitos. addidit itidem propter Indum amnē cynara campos quosdam virefcere. Polemon quoq; humū quandam tradit vliginosam fontibus scaturire, & ductibus perinde quasi tubis aquam eructare, montes ibidē inhorrescere cynara. Deinceps alibi subdit, Hinc mons ambitiosus ad amnē porrigitur, excelsus, syluestribus lucis & spina cynara rigens. Sopater Paphius Alexandri Magni ætate viuens in cōmentarijs quos ædiderat, cynaræ vocabulū vsurpauit. Ptolémæus Aegypti rex memoriæ prodidit iuxta Berenicem Libyæ, magnam cynaræ vim plerisque locis prorupisse, qua direpta, milites hunc secuti victitassent, sibi que spinis erutis vescendam obtulissent. Fecit & Sophocles cynaræ mentionē, sed in Phœnice cynaron protulit inquiring, **S**pinam cynaron omnem implere viam. Didymus grammaticus hunc exponēs locū, cynosbaton, vel si mauis, canis sentem intelligi voluit: quòd spinosus esset & rubæ mordacitatis frutex. Quippe cum Pythia ligneum canem ipsum vocauit: & Apollinē consulenti Locro redditum est oraculum, urbem inibi capefferet habitandam, vbi ligneo cane morde retur. in crure tandē à rubo vellicatus oppidum condidit. Iis patet ab omni scribentium æuo Græcis vsurpatū cynaræ vocabulum: id quod fatetur Athenæus, eam statuens quæ Romanis carduus nominetur, proprie Græcis cynaræ nomen vsurpasse. Carduo tamen Graiam reddidit originē, Romanis à Sicilia, quæ non procul abest, nomenclaturā detorquentibus. Cactos enim Siculis tantū vernacula, duarum literarū commutatione cardui nomen Latinis effinxit. Quauis cynaros spina cum per, y, vocalem scribatur, à cane quem Græci κύνω dicunt, originem duxisse constat. Vt facile Didymo cynosbaton interpretanti quasi canis sentem vel rubum assentiar. Igitur esto cynaros acantha, canina spina vel canis rubus. Sed cinara carduus edulis, quæ & syluestris, agriocinara Græcis dicta, & altis vbi que nunc in hortis sata. **N**euras nomen obtinuit quòd neruulenta torosāq; constet radice. phrynion quoq; dicitur, à rubetis quibus aduersatur: eas Græci phrynos vocant. **A**canthion quasi dixeris spinulam: est enim spinæ albæ proxima, minoribus multo folijs. **A**canthus pueri in florē sui nominis versi fabula nobilis, παιδερων à puerili, vti suspicor, amore Græci vocant. Aliqui topiariam cognominarunt, quòd historiali facilitate in omnes formas vegeta virēscque trahatur, vt in varias animalium effigies duci, & figuras exprimere rerum multarum possit. Græci quoq; melamphyllon appellant, quòd foliū saturato virore nigrescat alijs comparatum, quæ dilutiori colore placēt. Marmorariā quoque Latinis audio nominari: quæ vox omnibus Dioscoridis exemplaribus deprauata cognoscitur, quòd acanthi folia columnarum maxime Corinthiarum

capitulis insculpebantur, quarum identidem tam scapi quàm vertices marmore splendebant. Frondibus acanthi, vt Vitruuius scriptis mandauit, columnas Corinthias veteres architecti coronabant: quarum effigies adhuc hodie nostris sese frequenter oculis offert. **S**pina appendix vocata, quoniã baccæ in ea puniceo colore nominetur appendices, siue, vti veteres dicebãt, ampendices. **L**umã prætenfis spinæ genus appellabant, & ab eo lumentæ & falces lumarias, vt author est Varro, dictam quòd à terra luunt, id est soluunt eas agricolæ. **O**nonim dicta Phocion sentit, quòd asinos, quos ea gens *ὄνος* vocat, sese terentes ad illam, scabentesq; iuuet. Complures quoq; Graij herbam sic appellari prodiderunt, quòd in ea se volutantes, spinis eius dorsum libenter affricet & scabant. Binominem antiquis scriptoribus esse, vna tantũ litera mutata, cõstat, rem tamẽ semper eandem innuetibus. Sunt qui ononim, sunt & qui anonim malint vocitare. Anonis tamen à non iuuando, quòd forsitan nullo iuuamine polleat, dici videtur. siquidem aratoribus inimica est, viuaxq; nimis fruges opprimit, suis aculeis nocet. nisi quis ex aduerso nomen inditũ putauerit. **T**ragacantham Theodorus hirci spinam interpretatur. potius tamen crediderim detortum à Græcis vocabulum, quòd trago spinosæ senti Cretæ familiari & congener & similis spectetur. **E**ryngion ex rei natura nomen creditur contraxisse ab eructatu, quem Græci dicunt *ἐρυγγίον*. Nanq; si qua forsitan capella caulem eryngij morsu sectum ore substulerit, totus statim grex velut attonitus subsistit, relictõque pascendi studio rei nouæ spectaculo captus, nõ prius herbam demirari desinit, quàm raptũ caulem eructarit, aut pastor prorsus abstulerit: id quod Aristoteles in nouo grege præfertim vsu venire prodidit. post eum Plutarchus refert, & græci cõplures. Hanc à capitulorum numero centũ capita cõeperunt omnes appellare. **A**bsinthium ab *ἀσινθη* quod tangendo dicimus, ex aduerso nomen Græci deflexerunt: quòd nullum animal ob eximiam amaritudinem hãc herbam attingat. Veteres Graiæ familiæ comici apinthion quoque conformi etymo quasi impotabilem pronunciarunt, quia hanc nemo ob insignem amarorẽ possit ebibere. Hinc Latini absinthium vsurparunt, pro re quæ parum allatura sit voluptatis, non tamen propter commoditatem respuenda. Sic verebatur Fabius Quintilianus ne liber suus parum mellis, & absinthij multũ habere videretur, essetque salubrior studijs quàm dulcior. Sic aloën pro amaro, quòd à palato paucam iniret gratiã Iuuenalis protulit inquit,

.. Plus aloës quàm mellis habet.

Santonicum gentili regionis vocabulo quã Santones incolunt, vt Galenus est author, cognominant, quod & Dioscorides & Plinius confirmant. à Lucio Columella Santonica herba dicitur, quam iubet ad enecandos vitulorum lumbricos cum arida fico & eruo conteri, & formatũ in offam sicut saluiatum demitti.

Abrotonum sibi nomen vsurpauit vt Nicandri testatur enarrator, quòd conspectum, tenerũ, molle, vel delicatum habeatur, aut quia difficilem halitum prospiciet. Dioscorides à quibusdam glycyn ancona dicit nominari: sanèque videtur ad historiam & vetus prouerbiũ respicere. ea est huiusmodi. Lydia gens in libidinem effusissima, mulieres ingenuas constuprare in hortis ad hoc flagitiũ quæstitis, amœnitatibus excultis, aliquandiu impune solita est. demum Omphale femina, dominatione haud magno negotio effœminatis & luxu diffluentibus ex-

cussa, cœpit imperitare: vbi eos cruciatibus varijs affectos vltima est, in vxores eorū defæuijt: inclusas enim eisdem septis prostituit seruitijs, vnde viridario nomē Glycys ancon. quod Thelyphthori & Thelythamni vocabulo significatur, ceu abrotono confitus fortasse locus is esset. **S**tœchas nomen auspicatur à locis in quibus prouenit, quippe à Stœchadibus Massiliensium insulis. **O**rganum quod montibus gaudeat appellationem inuenit apud Græcos ἀργὸν ὄρον, id est monte & χαρῶν, gaudio. nanq; cliuosis lætatur. Herodianus quod visum exacuat nomē duxisse testatur, ab ὄρον videre, & χαρῶν clarifico, quasi aciem oculorum illustret. nam vt tradunt, præstat vt oculi clarius cernant. Theodorus grammaticus nomen ex aduerso datū putauit, ab ἄργον quod est algeo fieri riganon, quasi rigens censet: & tandem ascita, o, principe litera, in organon esse confictū, contrario tamen sensu, quod minime refrigeret. nam non frigida velut etymum sonat, sed calida dote præditum est. Ob has vocabuli varias origines inter se certant Græci grammatici de syllaba secunda sitne corripienda an producenda, quā relinquamus eis disputationem. id tamen dignum quod de eius genere sciatur apud Aristophanē muliebri sexu legi, quē ferè omnes Attici sunt sequuti: apud Anaxandridem virili sexu proferri: neutro apud Epicharmum in elegijs. quæ generum discrimina promiscuè recentiores Latinos offendes vsurpassse. Organi cognomina sunt heracleoticum, onitis, tragorganū, syluestre. Heracleoticum gentili Heraclia ciuitatis Ponti cognomine donatum, in qua maiore pollebat effectu. Cæteræ species magis à pecoribus cognomentum detorsere. **O**nitis quæ ab asinis impeteretur, appellationem deflexit, quare Nicander in theriacis ὄνον πικρὸν ὄρον origanum cognominauit, id est asini folium, quod ipsis grato cibo cederet. **T**ragorganon quasi hircinum organum, non alia forsitan ratione quàm quod eius pabuli voluptate animal caperetur. Simili modo Heracleum à nobis dici cunilam gallinaceam Plinius est author, quod à gallinis pascatur. In Ponto, inquit Plautus, absinthium fit & cunila gallinacea. **D**ictamni, vt arbitror, appellationem à Dicte Cretensi monte Græcia declinauit, quæ inibi solum nec tamè adhuc spatiosè nascatur: vbi ceruæ primū dictamnū ostendere vulneratæ, eo pastæ statim decidentibus telis, inde dorcidiū quasi ceruariam Græci cognominarunt. Vocant enim sua lingua dorcades, quod nos inulos in ceruorū genere minores. A quo etiam effectu beloacos, id est telorum remedium dixerūt. Nam sagittas & missiles quoscunque aculeos eo pastu confestim excutiunt. Quod Virgilius duodecimo Aeneidos suæ non omisit sic canens,

Non illa feris incognita capris,
 Gramina cum tergo volucres hæfere sagittæ.
 Hinc quidam belotocon, quæ infixæ spicula quasi partu quodam excluderet. Sic & artemidion quoq; vocant à venatrice Diana quæ Artemis Græce dicitur. Si quas forsitan impressisset cuspides, capræ eo pabulo refugebant. **P**seudodictamnium Theophrastus quasi falsum illegitimumque dici perhibet, quod à priore viribus degeneret, non oblitū tamen omnino prioris naturæ, sed quod à natalibus desciscat & feracioribus locis lætius exiliat, à priori facultate deficitur. solēt enim nonnunquā loca quædam vires infirmare. **M**enthæ nomē suauitas odoris (hoc enim significat hedyosmos) apud Græcos mutauit, cum alioqui mintha vocaretur, vnde veteres nostri menthæ nomē declinarunt. Strabo in Achaia montem

esse iuxta Pylum scribit Mintham nomine, à Plutonis pellice in hanc herbam conuersa, Proserpinæ inuidia, quæ vocatur, inquit, à quibusdā hedyosmos, quod Ouidius in decimi Metamorphoseon calce cecinit,

» An tibi quondam

» Fœmineos artus in olentes vertere menthas

» Persephone licuit? **M**entam quoq; dici putant, quòd odore mentem excitet. Non desunt è Græcis qui minthæ vocabulū ex aduerso ductum esse credāt, quòd stercus rem fœtidissimā sua lingua minthon appellent. sic mintham etymo aduerso quòd iucundissime redolet. Quanquā Galenus mintham quandā proposuit inodoratam, quā vocant calamintham, quā nōnullis Græcis syluestre mētham audio nominari. Hanc indigne ferēs Ceres odio habuit: quare sterilem fecisse fabulantur. **C**alamintha dicitur quasi vel bona vel vtilis menta: nanque nidore serpentes fugat. quod testatur Aristophanes ijs verbis, οὐ & ὄζει καλαμίνθης, ὄφως ἐλαστὴς, hoc est tu calamintham redoles odore serpentes abigentē. Nisi quis putet ab κάλα, id est ligno quasi lignosam appellari menthā. **T**hymus, qua etiā voce significatur animus, Græcis ab excitando quod θυάν dicunt, nomen inuenit. Alijs potius hoc placet etymū, Thymos quasi thyæmos, id est sanguinē impellens, sic thymiamā suffimentū quasi θυμῶμα, id est animi medela & solatiū, quòd languescēs eo recreatur, dictū putant. Non desunt tamen qui ab thyo odorifera herba deductum velint. Alij potius q̄ hostiarum nidoribus veteres suffiebantur: inde thymiasis suffitio est. Frugalis Aristophani thymus fuit herba, dicenti in Pluto, ἔλαστέ τῶν θυμῶν φάροντες, id est eundem cum domino thymum edentes, quod est herilē paupertatē participantēs. **T**hymbra soli natalis retinet appellationē. est enim si Stephano credimus, Thymbra oppidum in quo templum Apollini sacrum: à quo Thymbraei retulit cognomētum. Alij locum esse tradunt, quem sibi sorte Lycij contumaces adoptarunt: habentque testem Homerum Iliados decimo canentem,

» πρὸς θύμβρης δ' ἐλαστοὶ λυκιοὶ μυσσὶτ' ἀγέρωροι.

Vbi Thymbraeo Apollini ædes erat sacra. A thymbra tamen, quæ acrimoniam gustui refert, thymbrophagi, quasi acrioræ dicti, qui non nisi quibusdam acrimientis palatum titillent. **S**erpyllum à Græco vocabulo, vt author est Varro, profluxit vna litera cōmutata, quod dictum ab eo quòd serpit. ab Fauonio vsq; ad Arcturi exortū, recte è seminario transferri iubet. **H**iberidem herbam comperit Seruilius Democrates assignato inuentioni eius senario. Radici odor nasturtij, de quo & cardamantice & cardamina & Apollonio cardamē & hiberitis appellata est. Galenus hiberida eandē esse cum lepidio vocatā conijcit, carmenque Democratis ipsius prætexuit libro qui Clinicis inscribitur. Multa de hac Archigenes in epistola ad Aristonem: eamq; lepidium & agriocardamon, id est syluestre nasturtium vocauit. **A**maracus Cinaræ regis Cypri puer, qui casu lapsus dum ferret vnguenta, fregit alabastrum, deinde cum nimio dolore contabuisse, versus est in sampsucum, quæ ex eius nomine amaracus cœpta est appellari. Virgilius,

» Vbimollis amaracus illum,

» Floribus & dulci aspirans complectitur vmbra.

Serpyllum dictū putat Varro ab eo quòd serpat. **M**elilotum Latini fertulam

campanam, Cato fertam campanicam vocat, quia folium eius sit coronamentis dicatū. vnde melilotinæ coronæ Athenæo perquam odoratæ, quæ capiti impostæ ardentes febres maxime refrigerant. ¶ Panaces ipso nomine morborum omnium remedia pollicetur: ob id medicamento ad vina quæ corrumpi nolunt panacæ nomen dedere scriptores Græci. ¶ Panaces Asclepion dictum aiunt quod is filiam Panaciam vocauerit. ¶ Ligusticon quod Liguriæ montibus in nascatur vocabulum detorsit. Galenus vnius inuersione literæ libysticon appellauit. ¶ Pastinacæ nomen à pascendo ductum videtur: natura ei calens, sapor vehemens, alit corpus, & venerem ciere creditur, & ideo, vt Athenæus author est, ab aliquibus phyltron vocatur. ¶ Careum gentis suæ nomine nuncupatum & carium & caroum, culinæ principale & in Caria laudatissimum. ¶ Caron Athenæus pastinacam maiorem esse putat, multo præstantiorem sapore quàm vulgarem pastinacam. Est & radix cara, qua in rebus gestis à Cæsare Hircius lacti admista multū leuasse inopiam scribit, similitudine panis repræsentata. Meminit & Plutarchus, sed nomē herbæ non reddidit. *ῥύτιον*, id est rutā à Peloponnensibus appellari Iolaus est author: à reliqua Græcia peganon, quod geniturā cogat. Plutarchus à vi nomen accipere tradit, quoniam siccitate, suo calore iuta genitale semen contrahat. Ob id prægnantibus inimica prorsus intelligitur. Ruta in cibo vtuntur propter visum. mustela cum angue dimicatura rutam prius edit. ¶ Hieracia dicta ex eo est quod accipitres scalpendo eam, & oculis succo tinctis obscuritatem cum sensere, discutiunt. ¶ Apium Græci *ἀλίον* vocant, & vt Horus interpretatur, quasi *ἔλασσανόμλον*, hoc est paludibus impulsus. Quapropter Homerus *ἐλασσανόμλον ἀλίον* cognominat, quod paludosis enatum lætius exurgat. Honos ei in Achaia coronare victores sacri certaminis. Defunctorum feralibus epulis dicari, & vt Plutarchus inquit, sepulchra eo coronari, vnde vetus adagium, Indigere apio, de ijs qui profligata valetudine vtuntur. Idem refert Achillem medicum equorum pabulis apium commiscuisse: nec ab re, quod quū otiosis præter morem equis pedes laborent, nullum apio melius remedium, quo in Iliade vsus Achillem inuenies. ¶ Smyrnio idem odor qui myrrhæ, vnde nomen. hoc & petroselinon syluestre vocari scribit Galenus. Anacreon *κοψιον* maluit appellare. ¶ Hipposelinon à magnitudine nomē traxit, quippe cum Græci magnis rebus hippos & bu præponant. nanque etiam quod in palustribus prouenit eleoselinon vocant. Nicander in theriacis *ελεοθρεπτον* selinon quod paludis alumnum loco riguo gaudeat. ¶ Libanotidis folijs & radice thuris odor, vnde nomen. ¶ Ferulam non minus à feruendo quàm ferendo dictam videri facit Hippocrates, qui eam plestinga vocauit. Asinis gratissimæ sunt in pabulo ferulæ, cæteris iumentis præsentaneo veneno. Qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui & ferula. natura earum murenis infestissima, moriuntur ea tactæ. ¶ Peucedanum nomen inuenit à pinu, vt myrtidanum à myrto. quanquam & amaritudinē significat apud Poetas, celebrata inter primas herba. ¶ Ammoniacū dicitur quoniā stillet in arenis iuxta Iouis Ammonis oraculum resinæ modo aut gummi. ipsum thrausma thuris habet masculi similitudinem, phyrana vero pingue resinofūmque. ¶ Delphinij folia, delphinorum effigiē repræsentant, inde tractum nomen. ¶ Alysson ita dictum quoniam rabiem canum defendat. Hanc herbam tradit Plutarchus non modo manu tenentes, sed aspi-

cientes quoq; rabie liberari. Quapropter consita speluncis prope ouilia, gregibus pecudum magnū adfert iuuamentum, quòd à rabiei periculo armenta vindicet.

Atractylide pro colu antiquæ mulieres vtebantur. vnde proprie nomen **C**linopodion nominatur quòd flores ex interuallis lecti, pedum speciem præbent.

Lilium è Iunonis lacte natū Græci perhibent, resperfa terra dum Hercule dormientis vberibus admoto, mox post suctum digresso late fluxit: ob id & Iunia rosa lilium à nostris dicitur. Nicander Aphrodites charma, hoc est quasi Veneris volupe cognominari à quibusdā cecinit. In Co insula ex Alexandri statua enatam in capite ambrosiam Carystius quæ nihil aliud sit quam lilium, memorie proditum reliquit. lilium Græci crinon, & fruticem eius crinoniam quasi liliarium nominant, vt rosarium & violariū. Honor violis apud antiquos post rosam & lilium. Violam idcirco dictam ion Græci putant, quòd cum Io in vaccā ab Ioue conuersa est, terra florem illum pabulo bouis eius fuderit. Nostri quoq; violam imitatione græca quasi vitulam videri possunt appellasse. Nanque vitula extrita, t, litera in viulam ad nos transit. **N**ymphæa nata traditur à nymphæ, zelotypia erga Herculem mortua: quare heracleam vocant aliqui, alij ropalon à radice clauæ simili. **G**entianam inuenit Gentius rex Illyriorum vbique nascentem, in Illyrio tamen præstantissimam. **I**nuenit & Lysimachus lysimachiam quæ ab eo nomen retinet celebratam Erasistrato, aut quia vis tanta herbæ, vt iumentis discordantibus imposita iugo asperitatem cohibeat. quare à dissoluenda dissidentium pugna non inepte lysimachia videbitur appellata. **M**ithridati Crateias adscribit vnam mithridatiam vocatam, alteram scordion ipsius manu adscriptam. **P**olemoniam, alij philetæriam à certamine regum inuentionis appellant. Cappadoces chiodynamin, quòd innumeris sit prædicta viribus. **E**upatorium regiam auctoritatem habet. **C**entauria curatus dicitur Chiron, cum Herculis exceptus hospitio pertractanti arma, sagitta in pedem excidisset: quare aliqui chironion vocant. Aliud centaurium minus quod fel terræ vocant, propter amaritudinem summam: Galli exacum quoniam omnia mala medicamenta potum exigat per aluum. Est & centauris cognomento triorchis. Theophrastus defendi eam impugnarique colligentes tradit à triorchis accipitrum genere, à quo nomen accipit. qui eam secat, rarum est vt non vulneret sese. **C**lymenos à rege appellata herba dicitur. **M**ulieres quoq; gloriam herbarū affectauere, in quibus Artemisia Mausoli vxor adoptata herba, quæ antea parthenis vocabatur. Sunt qui ab Artemide artemisiā cognominatam putent, quoniā priuatim medicatur foeminarū malis. **E**uphorbiam Iuba Ptolemæi præter appellauit, nomine inuentoris medici sui Musæ, à quo Cæsar Augustus conseruatus est, dicato herbæ priuatim volumine. inuenere herbas & singulæ gêtes.

Scythia ea primū quæ scythice nominatur, circa Bœotiā nascēs, prædulcis. aliā quoq; vtilissimam quam spartaniā vocant. Magna & ea commendatio, q̄ in ore eam habentes famem sitimq; non sentiūt. Tradunt ijs duabus herbis duodenas dies Scythas durare in fame sitiq;.

Ischemonen Thracia inuenit, qua ferunt sanguinē sisti non aperta modo vena, sed etiā præcisa, sic à cohibendo sanguine nomen adinuenit. **V**etones in Hispania eam inuenerunt quæ vetonica dicitur in Gallia. in eadem Hispania per Augusti tempora à Cantabris reperta est cantabrica. Secuta ætas inuenit herbam in Marsis repertam in aquiculis circa vicum

Neruesiæ, vocatur consiligo. **B**ritanica in insulis Oceani aut in confini Britannia
 oceano reperta, cuius florem vibones vocant. Strabo author est ad Vibonem
 oppidum è Sicilia Proserpinâ migrasse ad legendos flores, vbi matronæ colle-
 ctis eis texunt coronas, hincque repertum coronis flores neçtere. vnde putan-
 5 dum vibonum florum nomen venisse. Ii collecti antequam tonitrua audiantur
 & deuorati, securos in totum reddebant milites Cæsaris Germanici à morbis,
 vt diximus in mentione huius. **P**ropinqua viboni petilia, quæ nomen petilio
 flori dedit in Lucanis: nisi quis à Petilio Romæ luco putet appellatum. Anima-
 lia quoque inuenere herbas, in primis chelidoniam: hac hirundines oculis pul-
 10 lorum in nido restituunt visum. Et vt quidam volunt, etiam erutis oculis, ad-
 uentûque hirundinum floret, & discessu marcescit, vnde nomen. Inuenerunt &
 canes canariam qua fastidium discutunt, eamq; in nostro conspectu mandunt.
Elaphoboscum ceruæ simplicius demonstrarunt. Item seseli enixæ. **D**ictam-
 num vulneratæ capræ eo pastæ statim decidētibus telis. **I**nter nobilissimas ari-
 15 stolochiæ nomen dedisse grauidæ videntur, quoniam etiam *αἰεταὶ λεχέταις*, hoc
 est puerperis optimæ: quanuis vt Ciceroni primo de diuinatione placet, nomē ex
 inuentore reperit, rem ipsam inuētor ex somnio. **V**etustissima inuenta est pæo-
 nia authorisq; nomen retinet. Alijs etiam causis nomina videntur herbis indita.
Fœniculum dici putant, quòd satum magno cum fœnore semen reddat. Hoc
 20 nobilitauere serpentes gustatu senectam exuendo, oculorum aciem succo eius
 reficiendo: vnde intellectum est hominum quoque caliginem eo releuari. Græci
μολογῶποι vocant. Cæcutientibus (vt Nicander tradit) anguibus, cū vere suas spe-
 luncas exeunt, marathri succo acies oculorū hebetata restituitur. Addunt & dra-
 cones non id esse modo, sed oculos quoque linere. Marathrum Græcis dictum
 25 putauerim, à marcessendo, q̄ ad condienda plurima cum inaruerit commenda-
 tissimū. **A**nagyris odore tetro prouerbiū peperit in eos iactari solitū, qui offu-
 tura sibi cōmouent. Sunt qui nauteam à Plauto vocari putēt in Asinaria: sed au-
 thorem non habēt. Nauteam vero herbam esse grauē scribit Festus, qua coriarij
 vtantur, à naui dictam, quasi nauseam. **L**ithospermon Græci vocant, quòd se-
 30 mina tanquā calculos ferat candore & rotunditate margaritarū, duritia vero la-
 pidea. **S**umma amaranti natura in nomine est appellato, quoniam non mar-
 cescit. **C**oris Hippocrates coren vocat, vt Galenus inquit, argumēto feminis,
 q̄ pupillæ similitudinē repræsentat. **A**ndrosæmon, quòd aut floribus aut co-
 ma tritis hominis sanguinem referat. **G**ramen Marti consecrauit antiquitas,
 35 quòd ex humano sanguine procreatum crediderit. Quidam Saturno dicant,
 quòd ab eo satum primo perhibeāt. Glaucum vero immortalitatem, huius her-
 bæ cibo consecutum Athenæus existimat, Aeschionis poetæ versibus hærens.
Echion dictam volunt quòd contra bestiarum ictus sit utilis, alij quòd flore-
 scit capitulis viperæ similibus: rectius Dioscorides quòd floribus insunt semina
 40 viperinis capitibus non diuersa. **A**lcibion cognominari echin Nicander nar-
 rat, vt putant, ab inuentore: echin quòd ictos à vipera sanet. **S**ideritis Achil-
 leos dicitur quoniam inuenerit eam Achilles Chironis discipulus, qua vulneri-
 bus mederetur, & Telephum sanauerit. Alij primum Aeruginem inuenisse tra-
 dunt utilissimam emplastris: ideóque pingitur, ex cuspide decutiens eam gla-
 45 dio in vulnus. **H**elxinæ in lappaceis capitibus semina vestibus adhærentia, vn-

de nomen ductum volunt. **H**ippuris vel equisetum. est autem pilus terræ, equinæ setæ similis, vnde tam græcè quàm latinè nomen. hanc Dioscorides herbam à Romanis salicem vocari tradit, de qua fortasse Verrius homo doctus apud Festum intellexerit, cum dicit virgulti genus esse salicem, non ridiculæ, vt idem Festus carpit, interpretatus, quòd ea celeritate crescat vt salire videatur: nam & iteam quasi salicè & anabasin à scandendi more vocitant. **L**ichen Græcis dicitur, quoniam contra lichenas remedijs omnibus antepositur, aut quòd lambat petras: nam eis hærens semper adnascitur. **C**hrysome comas habet auri fulgore splendentes, vnde nomen. **H**elichrysos ad solis percussum comantibus in orbem folijs fulgore auri, à quo nomen. Alij à virgine Ephesia quæ hoc flore prima coronauerit Dianam. Coronari eo & deos Ptolemæus rex Aegypti diligentissime curauit. gloriam parere coronatis flore creditur. Galenus hanc amarati nomine significat: nam corymbos eius nunquam marcescere Plinius scriptum reliquit. Philostratus coronari quoque sepulturas adfirmat, atque Thessalos instituisse primos ad tumulum Achillis. **P**eristreon Græcis vocata, quòd columbæ in ea mansissent, à Latinis verbenæ & verbenaca, quam vel fœdera facturi vel bella indicturi ferebant. **H**yacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens eius quem Apollo dilexerat, aut ex Aiæ cruore æditum: ita discurrentibus venis, vt græcarum literarum figura Α Ι legatur inscripta. Pausanias florem qui natus sit extincto Aiæ apud Salamina credi refert æditum primo, nec hyacinthum, sed literis hyacintho similem videri ex candido rubentem ac lilio minorem. Idem author Cosmofandalon florem hyacinthum videtur interpretari, quo coronatos festa, quæ Chthonia vocant, agere tradidit. Dioscorides hyacinthum à Romanis affirmat vaccinium appellari, hyacinthumque in carmine Virgiliū vocasse testatur Seruius. **N**arcissum Græci fabulantur Cephisi amnis & Liriope nymphæ filium ob eximiam pulchritudinem à pluribus nymphis amatum, desiderio potiundæ nymphæ tandem contabuisse, mutatūque in florem sui nominis. Narcissum à narce non à fabuloso puero Plinius existimat, quòd neruis inimicus sit & caput grauet. Narcissum appellari Plutarchus memorat quòd neruos hebetet, grauitatemque stupidam inferat. Ideo Sophocles magnorum deorum, hoc est terrestrium vetus coronamentū appellauit. Idem Plutarchus refert eos hallucinari qui amethyston arbitrantur nominari tam herbam quàm lapidem quòd ebrietatē discutiat. vocatur vtraque à diluto vini colore quæ gemma & folium herbæ referunt. **P**apauer Græcis *μύκων* à *μὴ κοῦειν*, hoc est nō ministrando dicitur: quòd suis fungi munijs vescentes non patiantur. Siquidem vt Plutarchus proditum reliquit, qui prodeuntem auram, halitūque cum legitur succus, nō animaduertunt, otio torpentes concidunt. **H**yoxyamum Græci videntur appellasse quasi suillam fabam, propterea quòd, vt Helianus inquit, pastu huius herbæ resoluantur & conuellantur apri, sed remedium nouere: aquas enim statim adeunt & caneros venantur, atque ita protinus saluti restituuntur. **P**syllium semen in baccis effigie pulicis fert, inde nomen. **A**conitum fabulæ narrat ex spumis Cerberi ortum extrahete ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam ponticam vbi monstratur eius ad inferos aditus, gigni. Alij vomitione eius natū asserunt. nam Cerberus ab inferis euocatus, solis lucem non ferens euouisse perhibetur, quo vo

mitu enatum aconitum fabulantur. Nascitur in cautibus nudis quas aconas vocant, & ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxta ne puluerem quidem nutriente. Hanc aliqui rationem sequuntur. Alij quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem detrahendam statimq; admota velociter sentiretur. Alij à pago, siue oppidulo, siue portu Periandynorum ad Herculeam ita nominato. Alij quoniam procul & è longinquo mures necat myoc-tonon appellare malunt, nanque solo tactu extinguitur. Alij pardalianches, quoniam solo gustatu pantheras strangulet: alij lycoc-tonon quia lupos perimat. Alij thelyc-tonon quod ta-
 10 ctis foemini sexus animalium genitalibus eo die inferat mortem. **F**ungus vt quidam volunt, à funere deflectitur. multi venenati qui diluto rubore, rancido aspectu, liuido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro cognoscuntur. Græci mycetas ab ensis capulo vel summo vertice vaginam occludentis appellarunt, à quo procidente Mycenæ nomen deduxerunt: vel ab insigni nympha cuius Homerus meminit ita canens,
 15 Alceme, Tero, & fertis redimita Mycene.

Ephemerum dictum, quod intra diem iugulet: seruorum in desperatione confugium. **V**rticam ab vrendo dictam putamus, quæ prurimum pustulasq; igni similes excitet. græcè ἀκράληφν vt Athenæus putat, quæ pruriginem cieat nec iucundo tactu. Cniden alij vocant, quod vellicet & suo morso sensum laceffat. **C**ytisus
 20 frutex in Cytno insula inuentus, inde translatus in omnes Cycladas, mox in vrbes græcas, magno casei prouentu. **A**dianti nomen ab euentu, quod folium eius perfusum mersumq; aqua non madeat, sed simile sicco videatur. **C**allitrichon & polytrichon à capillo dicitur quem tingit, crispum densumq; faciens. **S**milax omnibus sacris & coronis infausta, quoniam sit lugubris, virgine huius
 25 ius nominis propter amorem iuuenis Croci mutata in hunc fruticem: id vulgus ignorans plerumq; sua festa polluebat. **E**lleboron Græci volunt appellari quod cibum corporis eripiat. Sed melampodium iccirco dicitur, quia Melampodem inuentorem habeat, quem alij diuinationis peritum, alij pastorem fuisse tradunt, & furentes Proeti filias Elegen & Celænen dato caprarum lacte, quas elleboro
 30 purgatas animaduertisset, sanasse in Arcadia prope Clitoriū fontem. Latini veratrum ideo putant appellari, quod mentem aduertat. **T**ithymalum Latini lactucam appellant marinam, aliqui lactariam, quia & Græci galactida nuncupare soleant. Croton Latinis ricinus appellatur, vtrunque à similitudine animalis, canibus præcipuè infesti. **L**inozostis herba à Mercurio inuenta: ideoque
 35 apud Græcos ἰριμὸς ποταμὸς & ἰριμὸς βοτάνη, hoc est herbam Mercurij multi vocant. **C**necon pro candido aut flauo Theocritus vsurpat, cuius semen candidissimum cospicitur. **H**eliotropion Celso solaris herba dicitur, quod circumagat se cum sole, vt ortum eius mane spectet, & eius iter ad occasum vsq; etiam nubilo die sequatur. Noctu velut syderis desiderio florem contrahit, vt nomen
 40 indicat. Sed de ijs hætenus. in priuatis singulorum mentionibus longe plura duce deo dabuntur.



Ed vt rem ipsam ab abstrusiori medicinae penu abditisq; penetrabilibus repetamus, medicamentū id proprie dici solet, quod nostram immutat naturā. Cuius vis aut si mauius facultas, effectrix quaedam causa noscitur, quæ aut protinus, & actu in opus exeat, vel excalfaciēdi vt ignis, vel refrigerandi vt glaciei, aut futura quadam aptitudine vt pyrethrū ad calfactionē promptū est. altercum ad refrigerationē natū. Vis medicamenti nomē accipit ab effectu quē præstat, à parte corporis cui præcipue dicatur, à vitio cui medetur. Effectus vel à principibus qualitatibus, vel ab ipsius substantiæ cōcretu, vel ab vtriusq; proficiscitur. Principes qualitates, calor, frigus, humor, siccitas. excalfacit calor, refrigerat frigus, humectat humor, arefacit siccitas. Substantiæ cōcretus aut crassus aut tenuis cognoscitur. Medicamentū sibi nomen adsciscit aut à mēbro cui adhibetur, aut priuatim ac peculiariter auxiliatur, vt iecorariū iocineris vitij optulatur: spleneticum lienis morbis subuenit: oculare oculorū remedio est: stomachicum stomachi malis medetur: auriculare auribus incōmodo tētatis succurrit. Sic ab alijs partibus quibus auxilio sunt, appellationes suas reliqua medicamenta contrahunt. A vitio quoq; cui subueniunt nomina sua mutuuntur, vt podagricum quod podagris auxilio est. Articulare quod artuū cruciatibus prodest. Nephriticum quod renum vitia discutit. Ischiadicum quod coxendicum mulcet dolores. Pleuriticum quod laterum malis aut inflammationibus remedium præbeat. Tussiculare quod tussis molestias lenit. Simili modo qui calculos cōmuniunt & lapillos frangunt, quæq; alios tollunt affectus, ab ijs appellationes sibi vendicant. Medicamentum ergo duplici ratione corpus immutare solet. Primario ac per se, vt quæ suo pte ingenio vel refrigerāt aut calfaciunt: aut per euentū rei non suo pte natura: exempli causa, vt calida quæ excalfactum ab eis humorē eliciunt & euocant à corpore, summoto calore, refrigerare perhibentur. Frigida vero quæ dēfata cute sic intus calorē coerceāt, vt nihil huius expiret corpus, retento calore calfacere v su venit. Per se & primario calfacere, refrigerare, humectare, resiccare dicuntur, quæ adhibita corpori ab initio ad finē vsq; magis atq; magis suū calfaciēdi, refrigerādi, humectandi, vel resiccādi munus prosequuntur. Id muneris certo naturarū ordine præstatur, quare veteres medici hæc officia in quāsdā veluti classes distribuūt, & in abscessus quosdā vel sedes digerunt: ita vt nonnulla primæ classis cēseantur, alia secūdas sedes sibi vendicāt, alia sibi tertios abscessus vsurpāt, alia sibi quartū quasi summum ordinē arrogant. Primæ classis, vel ordinis, vel abscessus (nā idem hac nominū ambage intelligitur) medicamentum cēsetur, quod calfacit, refrigerat, humefacit, exiccat, in euidenti quodā successu. Secūdæ classi vel ordini dicantur, quæ manifesto refrigerādi, calfaciēdi, resiccādi munus obeūt. Tertio abscessui tribuuntur, quæ in suo quæq; genere vehementer citra tamē summū, excalfaciūt, refrigerāt, humectāt, vel resiccāt. Quartam classem sibi arrogātia calida, vrendi licentiā nanciscuntur, crustas adustis similes creāt. Frigida quæ quartū sibi adsciscūt ordinē, extinguedi sortiuntur efficacīa. In ijs sedibus quartis nec humida nec sicca collocantur, cū patientiū nomē meruerint, indignæ sunt qualitates, quæ summum hoc opus vel attentēt, vel aggregent.

diatur, nisi insigni calore iutæ, quo duce tunc agere conatur, alioqui sola patiendi
conditione cõtere. Quapropter in tertia classe siccũ citra additũ calorẽ aut frigus,
summã suã vim exequitur. Itẽ humidũ in eodẽ abscessu tertio summã humectã
di possidet facultatẽ, si nõ adiũcti vel caloris vel frigoris beneficio suũ munus suc
5 crescat. Et idẽ secũdarũ viriũ quæ ex ijs principibus enascũt qualitatibus, ordines
assignari possunt, ita vt stringẽs, dẽsans, repellẽs: primo, secũdo, tertio, quartõq;
recessu facilẽ notẽt. Porrò calidi frigidĩq; munera vel effectus nõ parũ iuuãt cõ-
cremẽti tenuitas, aut crassities. Siquidẽ calida crassiorẽ coalitũ naçta acrius mor-
dẽt, ac vellicãt, ac vehemẽtius exulcerãt. Calida quæ tenui cõcretu pollent, calfa
10 ciũt quidẽ mordẽtq; interdũ ac vrũt, sed multo minus q̃ quẽ crassam fortiũtur cõ-
ditionẽ. Frigida vero quẽ tenui valẽt cõcretu, in altũ actã penetrãt, vehemẽtiorẽ
morsum imprimũt. Frigida crassitiẽ naçta extimã cutis superficiẽ nõ subeũt, nec
vellicãt. Cæterũ tenuia perquã facile in minutissima quẽq; fatiscũt: crassa egre dif-
soluunt. Dura glutinosa vix aut nullo fere modo resoluta dehiscũt. fragilia mol
15 liãq; citra negotiũ modò glutine careãt, dissolutioni patẽt. Vim in suũ actũ vetat
redigi partiũ medicamẽti crassities, quẽ minus dissolutioni est & opportuna. Huic
suffragãt corporis duritia, quæ est impedimẽto, quominus quod allicit calor, re-
pugnãte meatuũ dẽsitate imperuioq; tráfitu per angustias euadere possit. relegat
reducitq; natiuus calor intro ad se alliciẽs, extenuãs, cõminuẽs. Tenuẽ calidũ hu-
20 mores digerit, nec in corpus ppellit. Tenuẽ vero humidũ tepẽsq; própte mẽbra
subit, nec facile discutitur. ideo plurimo perfundit humore, præsertim si leuiter a-
stringat. Siquidẽ quod leui præditũ est astrictiõne, si humidũ, tepẽs actenuẽ fuerit,
prætenuẽs particulas in meatus ingressas in pfundũ impellẽs insinuat, altiũsq; su-
bire cogit. præterea sũmã cutis faciẽ dẽsans astringit. Quo fit vt quod intro pro-
25 pulsũ altiũ infedit, regredi & foras euadere nõ patiat, occlusis quibus euanescat
spiraculis: quare corpus imbuẽs efficacissime perhumectat. Cæterũ frigida crassio-
re cõcretu prædita superficiẽ densant, occludũt meatus, substantiã cõtrahunt, &
obstipãt, humorẽ intromitti vel subire prohibent: quapropter humectationi cõ-
traueniẽtia resistũt. Porrò à principibus qualitatibus calorẽ dico, frigus, humorẽ,
30 siccitatẽq; secũdã ducũt originẽ. Nempe vis emolliẽs calore & humore proue-
nit: indurãs frigore & humore nascitur: laxãs humore gignitur immodico: tẽso-
ria ex nimia siccitate proficiscitur: cõsopiens ex vehemẽti frigore. Et ne reliquæ
omittãtur, ex substãtiã coalitu proueniũt extenuatoria vis incisoriãq; tenuitate.
Emplastica crassitie ex ijs ambabus nascũtur: astrictoria ex frigore & crassitie: dẽ-
35 satoria ex aqueo frigore: repultrix ex frigore & crassitie: increassans ex frigore &
crassitie: rarefactrix ex calore & siccitate cum substãtia tenui digerẽs ex calore &
tenuitate: dolorẽ leuãs quam vocãt anodynon, ex calore & tenuitate. Deterforia
ex calore & crassitie: expurgatoria ex calore & crassitie, sed minori q̃ deterfo-
ria: attractoria ex calore & tenuitate: disrũpẽs ex igneo calore: amburẽs vis & ex-
40 edens ex vehemẽti calore & crassitie gignũtur. mordẽs ex tenui frigore & crasso
calore perficiẽt. Sudores & vrinas ciẽs ex vehemẽter calida tenuiq; substãtia. Ex-
cretionẽ iuuãs ex calida & incidẽte nascitur materia. Purgatoria ex calore & sub-
stãtiã similitudine prodit. Lac creãs à familiari & modice calida procedit substã-
tia: augẽs lactis vbertatẽ ex calida nequaq; reficcãte: imminuẽs lactis prouentũ ex
45 frigida, cogẽte & increassante substantia: extingũs lactis abundantia ex frigida,

ficca, totaq; substantia. Nec secus semē genitale creans ex tota familiari & me-
 diocriter calida prodit substantia. Genituram adaugēs ex calida non exiccante
 conflatur. Cohibens vis ex frigida cogēte & incrassante venit substantia: restin-
 gens genituram, ex frigida, sicca, familiari aduersa cōtrahitur. Carnē creans na-
 scitur ex resiccante & detergente sibi primam classē vendicante materia: car-
 nem absumens ex calida, sicca, tenuique prodit. Cicatricem obducens ex frigi-
 da & astringente fit substantia. Glutinatrix facultas ex sicca & cogente mate-
 ria. Crustam inducens ex calida & deurente. Delibutoria vis ex calido, frigido,
 humido vel sicco: quōd tota substantia naturæ aduersetur. Resistēs venenis ca-
 lore, frigore, humore, siccitate, adiuuante totius substantiæ similitudine. Cæterū
 harum qualitatum indices habentur ipsi sapes dotēsque naturæ nobis ostē-
 dūt. ij cognoscuntur hac serie. Astringēs, acidus, amarus, insipidus, acris, falsus,
 oleosus, dulcis. Quandoquidem astringēs terrestri, crassa, frigidāq; constat sub-
 stantia: quapropter non immerito dotes habet quæ contrahant, stringant, den-
 sent, repellant, refrigerēt, exiccant, sed in superficie magis. Acidus aquosæ, sub-
 tilis & frigidæ est substantiæ: proinde citra calfactionē incidit, extenuat, diuidit,
 mordet, infarctus obstruētēs expedit, repurgātq;. Amarum sapor terreus, à calore
 exactè elaboratus, tenuior astringente, & acri crassior, calidus simulq; siccus, te-
 nuis vnāq; terrestris: idcirco citra manifestū calorē expurgat, deterget, attenuat,
 inciditq;, menses ciet, à pectore pus extrahit, comitiali morbo medetur. Insipidus
 sapor frigidus sentitur & aqueus: ideo cogit, contrahit, incrassat, densat, extin-
 guit, stupefacit. Acris eximie calidus ignea præditus est dote: quapropter exte-
 nuat, purgat, calfacit, attrahit, digerit, incidit, vrinas pellit, sudores ciet, menses
 trahit, dirumpit, exest, adurit, carnē colliquat, incrustat, excreationes adiuuat.
 Acria naturæ aduersantur vel tota substantia vel solo calore. Quæ solo calore
 contraria sunt, tenuem vel crassam sortiuntur substantiam. Acria crassamentū
 nacta erodunt interna, intestinam concitant exulcerationē: tenuem possidentia
 coalitū acria, menses pellunt, sudores ciet, halitū discutiunt, excreationibus au-
 xiliantur. Sed acria quæ sibi humorē adsciuerunt, edendo sunt. Salsus sapor ter-
 restrē calidāq; sibi vendicat naturam: ideo cogit, densat, contrahit, cōstringit,
 leuiter digerit, condit, absterget, exiccet. Dulcis sapor calorē hac lege possidet
 non vt noxam inferat, modicè tamen nostrū vincit calorem: quare concoquit
 ac maturat, laxat, rarefacitq;. Oleosus sapor aqueam aëriāq; cōcepit naturā:
 quapropter humectat, emollit, laxat. Duritia contrahitur congelatione, reple-
 tione, aut harū coniugio. Congelationē vehemens frigus adfert. causam exhibet
 frigoris quod foris incidit, aut propria partis intēperies, aut humor confluus in
 partē decūbens. Foris incidit aër, aqua, medicamentum. Siccitas cōtrahitur vehe-
 mēti insolatu, lōgiore inedia, ardēti febre, siccatiū medicaminū v su. Igitur quod
 siccitate fuit obduratū, humectationē desiderat: quod gelatu cōcretū obduruit,
 calfactionē efflagitat: quod plenitudine durescēs turget, inaniri deposcit. Quæ
 vero partim siccitate partim oppletione occalluerūt, & calferi & vacuari postu-
 lant: quæ etiā frigore & siccitate cōdurefcunt, madefieri quærūt. Porrò emolliri
 proprie dicūtur quæ cōgelatu duritiā cōtraxerunt, in quibus humorē præter in-
 stitutū naturæ coaluisse certū est. Oppleta refrigerantibus inaniuntur, aut calfa-
 ciētibus, peculiarius tamē siccantibus. Refrigeratā vel introrsum humore pro-

pellendo, vel cum calore excludendo vacuant. Calida vero inaniunt hac ratio-
 ne quòd humorem digerant in vaporem & per halitum excutiant. Resiccãtia
 vacuant quòd humorem exhauriant ebibãntq;, aut partẽ immutent. Itaq; emol-
 5 lientia proprie calorem obtinent nostro maiusculum, sed non vehementem, hu-
 morẽmq; nostro minorem, idcirco aliquantulum resiccant. Duritiam tensio se-
 quitur: mollitiem laxatio. Sentiunt laxitatem ligamenta, tendones, cutis ipsa,
 eiq; subditi muscoli, cùm copioso humore imbuuntur. Tensionem experiuntur
 partes quæ perfrictionum iniurijs patuerunt, aut ariditate rigent, aut inflamma-
 tionibus obsidẽtur, aut duritia tumentes occalescunt, aut copia carnis extube-
 10 rant. ita laxare creduntur quæ inaniunt, emolliunt, humectant, calfaciunt, & quæ
 tumorem præter naturæ decretum prosilientem discutunt. Cæterum quæ pu-
 ri mouendo sunt, ac immaturorum concoctionem moliuntur, calorem possident
 nostro quàm simillimũ, vernaculũmq; corporis humorem nec adaugẽt nec im-
 minuunt, sed fouent ascititiũmq; in spatijs receptum digerunt. Quin & ignicu-
 15 los natiui caloris fomites ampliant: idcirco emplasticam vim adipiscantur, oportet,
 simul vt cutis spiracula meatus suo inferctũ claudant, simul vt impedimẽ-
 to sint ne dissipatus calor euanescat, sed hoc fretus adminiculo sese recolligat.
 Emplasticum medicamen aut glutinoso aut sicco constat habitu. vtrunq; mea-
 20 tibus illitum tenax obheret: sed siccum terrestri constat natura, mediam calido-
 rum frigidorũmq; sedem sibi vendicat, aut paulum ad frigoris latus inclinans
 vergit. Porrò glutinosum aërio aquoso terrestriq; concretu conflatur. Ad idem
 fere genus referuntur quæ sordem creant, quibus aduersantur ea quæ spurcitia
 detergendæ naturam conceperunt: quemadmodum cum emplasticis pugnant,
 quæ meatus inferctos expediunt, ecphractica græci vocant. Siquidẽ detergetur
 25 & cutis & vlcerũ conspurcata sordes medicamento, quod corporis crassamen-
 to pollet. Extricantur impacti meatus, repurganturq; ijs auxilijs quæ tenuiorẽ
 nanciscuntur materiã. Detergere solent amara, nitrosa, dulcia, inferctus laxant
 ac expurgant tam externos quàm intestinos nitrosa amarãq;: sed interius astri-
 ctionem desiderant, foris exquisitiori sorte contenta: quando nitrosa & amara
 30 meatus grandes, qui in cõceptaculis interioribus patẽt, & in visceribus hiãt, de-
 tergere & repurgare possunt: exiguos arctosq; meatus, quales in cute cernun-
 tur, prius astringendo claudunt quàm sordem repurgare valeant. Sic absinthi-
 um intus purgare potest, foris non potest. Incidens medicamentum siue calida
 siue frigida sit præditum natura, tenui substantia pollet. Quapropter tam cuta-
 35 neos meatus quã carni subditos subit, offendẽsq; impactos illis humores etiã
 lentos minutatim dissecat, dissectos vt expulsionẽ facile cedentes, excutit. Ideo
 ab emplastico glutinoso aduersa natura dissidet. Extenuans medicamentum ca-
 lore, corporis sui subtilitate fretum, facile meatus subintrat, & crasso occurrens
 humori, sese causa suæ tenuitatis insinuat, hac ratione extenuandi præbet effe-
 40 ctum. Incrassans auxilium frigido, terrestri, vel aqueo concretu gaudet, frigo-
 re cogẽs & coactũ incrassans. Rarefaciens præfidiũ modicè calidum & minime
 siccum noscitur, partium tenuitate valens: ideo diffundit, laxat, & cutis meatus
 dilatat, aut quod idem est, rarefacit. Aperiunt medicinæ bifariã, aut proprio in-
 genio & per se, vt quæ venarum spiracula laxent, earũmq; ora aperiant. hoc mu-
 45 nus præstant calidæ nullam adurendi licentiam nactæ, crassitudine particularũ

infignes & ignea vipollétes acri vellicatu, anastomica Græci nominât. Ab eué-
 tu & improprie aperiunt quæ detergendi, vacuandi & repurgandi naturam ha-
 bent. Pugnât densantia medicamenta rarefacientibus, & constringentia aperié-
 tibus. Densant itaque frigida non vtique terrea nec aëria, sed aquea. nanq; pro-
 pter mollitiem leuiter contrahunt ac substringunt, tenues cutis meatus obden-
 sant, totum tamen instrumentum constringere nequeunt. Cōstringens seu con-
 trahens medicamento crasso corpore constare debet, hiantia vasorum ora con-
 cludere, exiguos meatus non subire, sed foris incumbere. Siquidem suo frigore
 intro premit atq; contrahit, humorem depascens resiccat, roboratq; partē. Re-
 pellit frigidum crassæ substantiæ coniunctum, meatus astringit. Constringēs re-
 tro compellit humorem. Attractorium medicamētum aut naturæ nascitur spon-
 te, vt thapsia: aut ex putrilagine originē ducit, vt fimū. Attrahit substantiæ simi-
 litudinis causa, vt bilem scammonium, calore magis si tenuitas sit adiūcta. quip-
 pe cum extenuando sequacem atque promptiorem tractui reddit humorē: ru-
 borem ac pustulas in superficie eliciens excitat: digerit in halitum quod nec vehe-
 menti calore nec ariditate multa præditum est. Tenuitate partium pollens, ideo
 meatus aperit, humorem extenuat, tenuatum in vaporem exoluit ac dissipat.
 Medicamentum quod dolorem abigit anodynum Græci nominant, duplex ha-
 betur: verū, quod dolorem tantū mulcet: hoc temperamento calidius euasit, ita
 vt quod partibus hæres infedit atq; dolorē creabat, digerat, rarefaciat, extenuet,
 concoquat & ad æqualitatē perducatur. In partes decūbit & eisdem cohæret acris
 humor, lentus, crassus. Insidet & vaporosus spiritus, algens, tenax. Anodinū non
 verū vocant quod eximio frigore sensum sopit: vel quod humoris acrimoniā do-
 lorē creatis demulcēs hebetat, vt lac, oleū, & alia dulcia. item quod affectū sanat.
 Summe refrigerat quod sensum cōsopit, ita vt delegatā à cerebro vim mēbrum
 algens excipere nequeat, id nō astringit, quod aquosam sibi conditionē adsciuit.
 Quæ vehementē vrendi licentiā nanciscuntur eximiū cū crassa substantia calorē
 possident: quapropter erodunt, exedunt, excruciat. quæ mitiore adurendi sorte
 contenta sunt, calida noscuntur, tenuitatēq; partiū valent: ideo non vellicant, nō
 morfu laceffunt, nec crustas creant: sed citra morsum, citra doloris sensum car-
 nes colliquāt. Porrò cæciore doloris sensum adferūt, quæ nōdum contractū im-
 mutant. Cōtrā maximū infligūt quæ subito & affatim imprimūt, ac violēto pene-
 tractu subeūt. Putrefaciētia medicamina in duplici traduntur discrimine, septica
 græci nominât: vera, quæ calorē & humorē naçta cū fœtore substantiā labe cor-
 ruptionis polluūt. nō vera, quæ sine fœtore adurūt, eliquāt, absumūt, corrūpunt,
 & citra euidētē doloris sensum, vt arsenicū, chryfocolla, dryopteris, pityocāpe,
 aconitū. Verū enim uero putrefaciēs vtrūq; & citra dolorē & vellicatū labefactat.
 Corruptio vera cū fœtore putris marcor habetur, vt non vera sine fœtoris vitio
 putris est labe. Corruptionē sentiūt omnia caloris, frigoris, humoris & siccitatis
 excessu. Putrefactorū generis esse tradūtur, quæ Græci cathēretica dicūt: sed imbe-
 cilliora ea vehemēter resiccāt, tantūmq; extimā carnis superficiē detrahūt, sed in
 altū subire & penitus ferri nō possunt, mediā inter ea quæ valēter detergūt & ci-
 catricē inducūt sortita cōditionē, nō eandē tamē ijs quæ vlcera cicatricibus clau-
 dūt. Siquidē quæ cicatricē obducūt, carnē in cutē demutant: ideo quæ perducūt
 ad cicatricē, cōtrahunt, astringūt, stipant, densant, & instar calli durant, resiccāt 45

quod in fluxu decubuit, absumunt humorem qui in carne cōceptus hæret, non-
nihilque ex eo deradit, qui vernaculus parti natiuūsq; cōfedit: ideo glutinatorio
medicamine multo siccius censetur. Quādo siccatur quod aliunde in aliquam par-
tem se contulit, vt ea superuacuis exoneretur, absumit quod per naturam redū-
5 datur, verum iacturam carnis non refarcit, nec eget ea recreatione: quapropter
plus exiccat quā medicamentum quod carne replet. porrò non expurgat, sed
substantiam omnem in vnitatē cogit, vt in idem coeat corpus. Quod verò car-
nem creat, primam siccantium detergentiūmq; sedem obtinet: nanq; humoris
abūdantiam resiccare & sordem detergere, sui est muneris. Sudores euocant ca-
10 lida, quæ extenuent & digerant humores, meatūsq; rarefaciant, vt incisus hu-
mor liberaliter eliciatur. Nanq; sudores duce natura prorumpunt, cum superua-
cū inanit humorē, egeritq;: aut cū ea fuerit imbecillior q̄ vt humorē continere
valeat, hiantibus iam quibus erumpit spiraculis, extenuatq; qui excernitur hu-
more. Vrinam ciere proprie dicuntur calida acriāque: quippe quæ vrinam pellunt,
15 sanguinem debent digerere, extenuare, fusiorem reddere, secernere, vt lac coa-
gulare. Coit sanguis seroso ac tenui seorsum secreto, crassamento in se coale-
scente. Vrinam etiam mouent quæ lac creant, menses ciunt. Lacte mulieres defi-
ciunt quibus aut perpauca adest sanguis, aut vitiat. Si exiguus respōdet, vi-
ctus rationem calidam ac humentē sequi oportet: si vitio tētatur, aut corruptio-
20 nis labem sensit, aut à sua desciuit natura, vt bilis. Crudus non omnino censetur
alienus, cum concoctione probus effici possit. Si corruptionis labem contraxit,
primū est mittendus, deinde calida & humida viuendi ratio indicenda: si crudita-
tis languore laboret, ex calfaciētia primi aut secūdi ordinis efflagitat, quæ tamen
minime desiccet. Menses ciunt quæ lac creatibus plus ex calfaciāt, nec tamen po-
25 tenter resiccant. In menstrua purgatione venæ magis aperiri & sanguis manan-
tior euadere debet. quandoquidā menses in venas vteri pulsati mittuntur, nō tra-
hūtur: sanguis verò in vbera & impellitur, & ab eisdem elicitur. quare vt in mā-
mas feratur, leuiorem medicaminis opem desiderat. Lac augēt quæ suo medio-
cri calore nullam adferant exiccationem. Lactis prouentum restinguunt sicca,
30 aut frigida, aut quæ suapte natura lacti creando resistunt. Lac supprimunt tam
medicamēta quā cibi qui refrigerent, cogant, incrassent, stabiliant, Genituram
augent probè nutrientes cibi, flatuosi, familiares: nec secus medicamēta quæ cal-
faciant & spiritus creent. Genituram euocāt calida, flatuosa: cohibēt ac suppri-
munt medicamēta alimentāq; quæ refrigerēt, cogant, incrassent, statuāt. Geni-
35 turam extinguit sicca, frigida. Excreationē adiuuant incidētia, calida, non ad-
modum nec nimis exiccantia. Sed hæc cum potionibus aut sorbitiūculis hume-
ctantibus adsumi debēt. Aduersantur excreationi quæ lotio ciendo sunt. quoniā
humorem, qui debet expui, calfaciunt, exiccāt, cogunt, ac tenues eius partes se-
cernunt separātq; & quod crassum ex secretionem relinquitur, cogunt, & quod
40 in ipso coactu serescit excernunt: quod verò coaluerit siccatur, ægrè expui-
tur. Calculos comminuunt & exterunt quæ desiccandi naturam habent mini-
mūmq; caloris possideant: nā calculos creant quæ vehemēter ex calfaciunt. Pur-
gās medicamentū & peculiariter & cōmuniter dici cōuenit. Quæ proprie pur-
gāt, vim attrahēdi, vnum, duos, aut complures humores substantiæ similitudine
45 adipiscuntur, vomitus eliciūt, alui deiectionē moliuntur. cōmuni vocabulo pur-

gare dicuntur quæ quavis ratione vacuât: vt quæ sternutamēta mouent, humorem à cerebro per nares eliciunt, sine peculiari trahendi facultate. Gargarissatus & quæ mansu humorem per os euocant, & per nares cerebri pituitam eliciunt, item quæ naribus hausta rapiuntur, errhina Græci nominant. Pessum calfaciēdo tum extrahendo vterum inaniunt. Item fetus extenuantes, medicinæ aperientes, ac digerentes, & id genus aliæ reliquas corporis partes sine propria trahendi vi repurgāt. Delibutoria venena corpus offendūt vna vel altera qualitate, totaq; substantia. officiūt suo calore, frigore, humore, siccitate: quare venenum frigidum calfacientibus remedijs quæ vocant alexiteria debellatur. Frigidum calfacientibus abigitur. Humidum siccantibus discutitur. Calidum & humidum calida siccantibus desiderat auxilia. Et siccum frigidis & humidis expugnabitur. Frigidum & siccum calidis & humidis infrenabitur. Omne tamen delibutoriū venenum impositis forinsecus remedijs elicitur, calore & similitudine substantiæ extrahente. Remedia quæ venenum exigūt, similitudine substantiæ media inter corpus & venenum esse debent, & moderata quantitate sumi. namq; si exhibitum alexipharmacū veneno propinquius fuerit, ritu veneni corpus offendit, nec substantiæ similitudine retrahet: proinde nihil aut parum vtilitatis sunt allatura. Eadem ratione quæ venena expugnant alexiteria Græcis dicta, si largius adsumantur grauem corpori noxam inferunt: parcius desumpta vincuntur. quapropter aut parum aut nihil proderunt.

Concordiæ & discordiæ naturales rerum.

Cap. XXII.

Dermulta rerum parens creauit natura quæ vel cæcis laborent discordijs, vel quæ consensu mutuo concordent: hoc sympathiam, illud antipathiā Græci vocant. quemadmodum Plutarchus secundo Symposiacorum scriptū reliquit. Quare nō fuerit alienum paucis perstringere quæ miraculo digna frequēter nobis occurrunt, quæ & studiosis rerum honestarum & elegantibus viris non parum gratiæ & ornatus adferunt. sed ea neminem latere debēt. Infānus ac furens elephas ariete conspecto mā suefcit: idem subrumi suis grūnitum horret. Taurus quantūcunque ferox mitescit domatūque fico arbori adalligatus. Equus à lupo mordicus apprehendente corrosus, & indolis probitate & pernici cursu pollebit. Ouillæ carnes quæ lupini morsus iniuriam sensere, suauiores tenerescunt: sed ouium earum lana pediculos etiam neta creat. Hæc Plutarcho referimus accepta. Pamphilus in naturalibus est author equos vestigia luporum calcantes obstupescere, ac cruribus totis conuelli. Lupus vero scyllæ bulbos contingens resolutus fatiscit. Homo quæ lupus prior viderit, vt Plato in Politia refert, obmutescit & grauem viriū iacturam facit. ita luporum visus noxius creditur, vocemq; homini quem priores contemplantur adimere. Leo frōdem ilicis supergressus obstupet. idem leo gallum veretur, eundemq; galli gallinacæ cantus magis terret. Hyæne vmbre contactu canes obmutescunt, quam præteriens ea, lucente luna ab alto tanquā fune nixa se demittit. Nestor asserit hyenā quæ vel hominem vel canem conspexerit dormientem, suum protendere corpus: & si dormientis magnitudinem excedat, demētiam excitare, eiúsq; manus vt ne conetur quidem resistere, depascere: si vero se breuiore habitu imparique

proceritate cōtueatur, pernici cursu celerrimisq; pedibus fugam arripit. Quòd si in te forsitan sæuiens proruat, obsistendum prorsus ne à dextris inuadat, quoniam stuporem adferet, cui in vestigio hæres occurrere non valebis: si ad læuam detorserit, intrepidus irruito, sic eam hoc impetu torporem confessam enecabis.

5 Hyenæ linguam tenens à canū incursum tutus seruabitur. Cancer obiecta polypodio herba callos pedum & vngulas exuēs abijcit. Vespertiones hederæ suffitu necantur. Odor vnguenti vultures extinguit. serpens iniectis frondibus quernis emoritur. in vestigio gressus hæret deiecta ibidis penna. vipera arundine percussa torpet, sepius iccta sese recolligit. Testudo serpētis esu morbum concipit, origani postea cibo noxa discutitur: contra serpentes pugnatura hoc se munit. Viperæ fagi ramulo contacta confestim obstupet. Ciconiæ platani folia nidis adferunt vt vespertiones abigant. Hirundines vt silphas & blattas à nidis arceāt, apium inspergunt. Cæterum vt noxias nidulis bestiolas fugent, ingerūt palumbes laurum, accipitres syluestrem lactucam, harpæ aues hederā, corui aron, vpu-

15 pæ adiantum, cornices supinam verbenacam, turdus myrtum, perdix arundinem, ardeola careon, aquila callitrichū, galerita gramen. vnde græcū manauit adagiū, *ὡ κορύδιε κοίτη σκολιῆ κέρυττα ἀχρωστis*, quod est graminis intorti lustro cassita recubita. Viticē vt inquit Athenæus, in nidos suos parituri cygni ferunt. Aristoteles & Theophrastus memorię prodiderunt animalia bifariam gigni, aut coitu,

20 aut sua sponte putrescente terra: adduntq; animantes quasdam ac stirpes à propria natura in alienam deficere. Eruca ascitis alis in papilionē abit. Erucæ quæ in fico nascuntur in cantharidas degenerant. Hydrus siccatis lacubus exhaustisque stagnantibus aquis in serpentem desciscit. Cæterum sunt quæ statutis tantū temporibus huiuscemodi mutationes sentiunt, vt accipiter, vpupa, erithacus & quæ

25 phœnicurus appellatur: æstate hos transitus gnorūt. Fisedula & atricapilla quæ Græcis melancoryphos appellatur, altera in alteram transit sic, vt quæ ineunte autumno fisedula fuerit, vindemiarum exitu in atricapillam versa cōuolat. Marinæ aues cunilam qua exulceratis rostris medeātur, petunt. Raphanus impostu scorpionem necat. Si quispiam à scorpione percussus in caudam spectās asino insideat, perniciosum fessoris virus eliciet. transitus indicium est cum deflat & pedit asinus. Si punctus à scorpione in asini auriculā dicat, me scorpius icit, nullū sentiet dolorem, cruciatu protinus in bestiam transeunte. Formicæ ne recondita frumenti semina rursus in fruges exeant è terra, medullā granis eximunt, maiora ad introitum diuidunt. Semina quæ bubula cornua tempore sementis attigerint, igni non absumentur. talia vocant Græci cerasbola. Magnes lapis ferrum ad se trahit, rursusq; abigit à sese si allio confricetur. sed vt extincta fere vis reuiuiscat, ac recreetur, hircino proluitur sanguine. Electrum lapis siue succinum paleas leues atque quisquillas omnes ad se rapiens allicit. solum respuit ocimum. Aëtites lapis duplici notatur discrimine: alter rarior altero in vtero sonante ca-

40 uus, alter solidus. is amuleti modo mulieribus alligatus quæ ventrem perferūt, lubricos partus ac procidentes ad maturitatem cōtinet. Coralius lapis in domo inuidiam omnē amolitur & insidias expellit. itidem assula hebeni & aspalathi radix, & odorata anagallis herba. item arescēs scylla in limine vestibuli suspēsa maleficiorum introitum pellit. Gagates lapis suffitus nidore serpentes fugat. idem

45 frigida maceratus aqua & admotus igni flammam concipit, quemadmodū te-

statum Nestor, oleoq; superiecto restinguitur. Amiatum ignibus inuictum etiam si
 medijs obruatur flammis non ardebit. Salamandra exiguum animal ignibus in-
 domita non deflagrabit. Tauri illitis rosaceo naribus oborta vertigine concidunt.
 Hec Zoroaster ille qui ex delectis veterum placitis geonica condidit. Sed ali-
 qua subijciemus non minore miraculo digna. Echineis Latinis remora, parvus
 admodum pisciculus, sic dictus quod naues teneat, aut remoretur. is, ruat venti,
 fauiat procellae, imperat furori. vires tantas compescit & stare cogit nauigia, in-
 frenat impetus & domat mundi rabiem. non aliter quam adherendo, sistitur na-
 uis contra tot impetus vt vetet ire nauigia. Echineis vt Plutarchus inquit, in cau-
 sa est quapropter tardius repat & prolatur nauis. Nanq; carina expeditior ala-
 crius discindit & fulcat fluctuantes maris vndas. Verum cum fuco, musco, vel cae-
 teris irretientibus herbis implicita in lentam residemq; fertur aquam, dissecans
 carinae vis occursum lentoris hebetata, non facile tumentes maris fluctus resoluens
 expedit. Quare musci, algae, fuci nautae deradunt impedimenta, quibus haerente
 pisciculum lentitiae par est authorem haberi, non tamen causae consequium tar-
 ditatem parientis. Is nauem in Siculo mari tantisper remoratus tenuit, dum dis-
 quirentibus circa nauim adherens sub prora captus est, corpore oblongo, capite
 acuto. haec Plutarchus. Torpedine etiam pisce procul & elonginquo, vel si ha-
 sta virgave contingantur quanuis praeualidi artus torpescunt. Eadem quamlibet
 ad cursum veloces alligare pedes proditur, vt necessum sit fateri, vim aliquam
 quae odore tantum & quadam aura sui corporis afficiat membra. Ficus arbor ful-
 mine non igitur. Vituli marini tergus & hyaenae pellis de caelo non tanguntur. Qua-
 re gubernatores ijs extrema vela muniunt, ne fulmine contacta deflagrent. Bulbus
 non sui corporis exiguitate fulminis impetum euadit, sed aduersam & fulminis ictum
 retorquentem naturam possidet, antipathem appellant Graeci. Icta fulmine corpo-
 ra incorrupta manent, quapropter neque ea cadauera veteres vrebant, neque terra
 obruebant, vt ne ullam quidem ea sentire corruptionem omnibus perspicuum
 esset. Quare Clymenen Euripidis poetae damnant, quae Phaethontem de caelo ta-
 ctum in vallibus computrescere cecinerit. vnde Graeci ab odoris similitudine
^{θεῖον} sulfur appellant, ab aura acri & ignea, quam experta fulmen corpora fusius
 eructant. Ob id & canes & aues huiusmodi cadaueribus abstinent. Syderataq;
 haec corpora sulfur perinde quasi sal inspersus a corruptione vindicat. fulmen
 dormientibus parcit, quos vt cedentes nec villo renitentes pacto feriri negant.
 Eryngium ore caprae sumptum totum sistit gregem. Tenerescit gallus qui iugula-
 tus in arbore fici pependerit. Hec auram acrem, calidam & digerentem expirat.
 Aeneus clauus carnibus infixus eas putrilagine diutius illesas tuetur. Rupicis au-
 culae conspectu regius sanatur morbus. Reliquarum auium penes aquilinis permixta in-
 tabem resoluuntur. Hec sparsim Plutarchus. Caeterum alijs atque alijs concor-
 diae & discordiae miraculis occurrentibus, quercus & olea tam pertinaci odio dis-
 sident, vt altera in alterius scrobe depacta moriantur: quercus vero & iuxta iu-
 glandem nucem. Pernicialia & brassicae cum vite odia. ipsumq; olus quo vitis
 fugatur aduersum cyclamino & origano perarescit. Quin & ramosas etiam quae
 sternantur arbores difficilius caedi, ac celerius inarescere tradunt, si prius manu
 quam ferro tangantur. Laetiora proueniunt omnia cui scylla fuerit adsita. Arbo-
 res omnes infructuosae adacto palo velut initae foecundantur. Pomorum onera

à iumentis statim sentiri narrant, nisi prius ostendantur ijs: quãuis pauca portent
fudare illico. Ferulæ afinis gratissimæ sunt in pabulo, cæteris vero iumentis præ-
sentaneo veneno. qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui & ferè feru-
la. Cucumeres oleum mire oderunt, aquas diligunt, defecti quoq; ad eas in modi-
5 cè distantes adrepunt, contra oleum refugiunt, vt si quid obest, vel si pendeant,
curuatur. Idq; vna nocte deprehenditur, si vas cum aqua subijciatur, à quatuor
digitorũ interuallo descendentes ante posterum diem: at si oleum eodem mo-
do sit, in hamos recuruatis. Oleum omnibus satis inimicum. emoritur stirps quæ
fuerit eo peruncta. Quare oleosæ arbores cæterarum insitionem respuunt, vt &
10 pingues resinam aut picem collachrymantes reliquarum inoculationis confor-
tiũ aspernãtur. Nam & quercus bona pyra ferre visa est, & platanus poma, & pu-
nica mala myrtus. in picea vero & pinu insitus termes comprehendisse negatur,
quia pingue quippiam cauato vulnere & oleaginum plorent. Nec cupressus nec
picea nec strobilus nec pinus ab agricolis est conspecta, quæ alienos partus aluis-
15 set. Similis vis concordia valentiũ. Pix oleo attrahitur, quando vtrunq; pinguis
est naturæ. Oleum solum calci miscetur, quando vtrunq; aquas odit. Gũmi ace-
to facilius eluitur: atramentum aqua. Polline nimium salem & furfure coci cibis
eximunt. Prædulcium fastidium sal temperat. Nitrosæ & amaræ aquæ polenta
addita mitigantur, vt intra duas horas bibi possint: qua de causa & in saccos vi-
20 narios additur. Innumera præterea alia quæ suis locis dicentur assidue. Nec mi-
nus mirabilia sunt quæ medicorum ingenijs reperta sunt. Vomitione canes, pur-
gare alios ibes Aegyptiæ curant. Auditum est pantheras quæ in Barbaria vene-
nata carne caperentur remedium quoddam habere, quo vt essent vsæ, non mo-
rerentur. Capras in Creta feras cum essent infixæ venenatis sagittis herbã quæ-
25 rere, quæ dictamnus vocaretur, quam cum gustassent sagittas excidere dicunt ex
corpore. Ceruæ paulo ante partum purgant se quadam herbula quæ fefelis dici-
tur. Iam & illa cernimus vt contra metum & vim se armis defendant cornibus
tauri, apri dentibus, morsu leones: aliæ fuga, aliæ occultatione tutantur. Atramen-
ti effusione sepia, torpore torpedines, multæ etiam insectantes odoris intolerã-
30 bili sceditate defendunt. In ijs rebus est iste velut consensus, quam sympathiam
Græci vocant. Hęc Cicero. Nec illud est prætereundũ silentio quod Plutarchus
memoriæ prodidit, animo linqui equos & asinos qui aut mala aut ficos dorsuarij
cõportarint. sed maiore dignũ miraculo remediũ quo ipsis, & hominibus quoq;
succurratur. Exanimata ferè iumeta extinctosq; penè deliquio virium homines
35 obiectus panis reuocet. nanq; si pauxillum huius vorarint animantes, eæ protis-
nus hoc cibo sese recolligentes roborantur, firmatæque pristinum iter prosequũ-
tur. nec secus in hominibus euenisse prodidit. Brutum per altas niues in Apollo-
niam proficiscentẽ cum animus defecisset, panis ab hoste muros vrbs defenden-
te datus postulante penuria recreauit. potitus tandem rerum Brutus de hoste be-
40 ne meritis est. Sed quid est mirabilius? vt idem refert, grãdo pellicis sanguine vel
menstruis auertitur. Caprificorũ grossi satiuus appensæ ficis fructum procidere
non patiuntur, sed caducum remoratur & ad maturitatem perducunt. Ceruæ
falsum expetunt, sues dulci lachryma capiuntur. Apium cum viret attritũ calca-
tũq; melius adolescit. Cuminum cum maledictis & probris fatum lætius pro-
45 uenit. Grandini Græci tradunt occurri crocodili pelle, vel hyænæ, vel vituli ma-

rini per spatia possessionis circumlata. nubem inimicam auerti oblato speculo imaginem nubis accipientem semina horti vel agri malis omnibus ac monstris succo syluestris cucumeris tuta seruari. item equæ vel asinæ caluaria, suæque fœcundare præsentia, quæ spectant. Lactis iam dicendorum fundamentis, in præsentia externa prosequemur, & quæ ex alio petuntur orbe. peregrinas etiã arbores & omnes quarum græca aut aliena noscuntur nomina, quot ex incolarum numero cœperunt esse, dicemus paulo post inter fructiferas, à rebus maxime salutaribus exorfi.

Casia.

Cap. XXIII.



Asiam Theophrastus fruticè salicis amerinæ magnitudine prodidit, multis furculosisq; brachiatam ramis, crassiore quàm cinamomum sarmento: præterea scatentem neruis, tenuisq; cute vestitam. Cuius solus cortex commendatur, nec obductus aliter detrahitur, quàm si præfutos bubulo corio binum cubitorum longitudine furculos enati vermes eroserint. Sed quidomnis in cortice sit, qui quoniam difficulter à materie seiungitur, bicubitales secant virgas, easq; præsuunt recentibus boum corijs: vt ijs putrescētibus vermibus li prodeant, qui lignum erosuri excauent, intacto ob amaritudinem cortice. Casia iuxta cinamomi campos in Aethiopia nascitur: sed in motibus crassiore sarmento, neruoso: tenui potius membrana quàm cortice: folijs angustis, rosaceo odore. Amplitudo fruticis trium cubitorum, colos triplex, qui pro arbusculæ incremento euariat. Quum pedali emicat mensura, candicat: mox addito semipede, rubescit: cætero nigricat. Dioscoridi in tractu Arabiæ odorifero gignitur, crassius corticis furculo, folijs piperis. Eligitur quæ rubescat, pulchri coloris, coralij æmula, foramine vehementer angusto, prælonga crassaq; fistulisq; conferta: mordaci gustu, feruens & linguã adstringēs, odorata, vinumq; naribus obolens: atq; hæc ab indigenis appellatur achy: ab Alexandrinis mercatoribus daphnitis. Aliud habetur genus zegir vocatū, purpuræ nigrantis aspectu, crassiore sarmento, rosam spirans, præcipui in medicina vsus, quæ priori præfertur. Tertia laus ei, quæ blastos, id est germē mosyleticū nominatur. Reliquæ viles, inter quas asymphemon dicta, colore pullo, odore ingrato, prætenui tunica: quæ etiam vltro dehiscat, & abscedat à corpore, vt quæ citte & darca dicuntur barbaris nominibus. Dánatur in totū candida. probatur à Plinio maximè recēs, quæ sit odoris mollissimi, gustusq; maximè feruens, potius quàm lento tepore leniter mordens: colore purpureo: quæq; plurima minimū ponderis faciat: breui tunicarū fistula, non fragili. *lactam* vocant talem barbaro vocabulo. Alia est balsamoides, ab odore simili dicta: sed amara, ideóq; vtilior medicis. Nec multū absim, vt credam hãc esse, quam Dioscorides zegir: Galenus gizer: Aëtius ozem vocarunt. nigra vnguētis expetebatur. His addidere mangones, quã daphnoidem vocāt, isocinamū cognominatū. Adulteratur styrace, & propter similitudinē odoris cortice lauri, tenuissimis furculis. Serebatur olim in hoc orbe, extremo in margine imperij, qua Rhenus alluebat, viuebátq; in aluarijs apum sata. Color aberat ille torridus sole, ob id simul idem odor. ea apes oblectabátur. Forte eadē sit casia, quã negotiatoribus daphnitim vocari scribit Dioscorides. Casiam nūc omnes officinæ *ligneam* vocant. Non

cōuehitur casia modo, præterquã rarissima inter xylocinami fasciculos, nõnunq̃
nigritiæ argumento reperta. Huius & meminit Virgilius, quum cecinit,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui.

Et si ferè duplici cõsonãte scribatur, Latini primã corripuere syllabam. Similior
huic pseudocasia, quæ germana specie verã mentiatur, nomen est sortita: sed hãc
subditiã à legitima discernes gustu neq; acri neq; odorato, corticibusq; medul-
læ adhærētibus. Inuenitur & lata quẽdã fistula, minimo pōdere, tenera, quæ alteri
p̃feratur. Scabra reprobatur, tenuibus fistulis hircinũ virus redolētibus & squa-
rosis. Sed sciendum inibi Mauritanos nõ hircinũ, sed porraceũ virus transtulisse:
quasi prasizufam, non tragizufam legerint. Sed periti iudicent, quibus nares con-
sulere per earũ presentia licet. si deferretur, facillimè sensus dilueret cõtrouersiã.
Casiã & cinamomũ fabulose narrauit Herodotus, nidis auium priuatim phœni-
cis ex inuijs rupibus, arboribusq; decuti plumbatis sagittis. Item casiã circa palu-
des propugnãte vnguibus dirovespertilionũ genere vt Theophrastus, aligerisq;
serpentibus, vt alij referunt. sed his cõmentis auxerũt rerũ pretia. Porrò forsitan
fabulæ fuit locus ad meridiani solis repercussus, inenarrabilem quendam vniuer-
sitatis halitum è tota peninsula existere, tot generũ auris spirante concentu, vt
tum vix locũ adire liceat. **C**æterum iam liburnicis nouum orbem lōga nauiga-
tione petentibus, delatũ ex insulis ad nos lignum ex arborecente frutice, in no-
dos inflexo, scabioso: cortice faciẽq; lacunosa: materie dura crispãque: colore in-
tus buxæo, cãdido cingẽte orbiculo, quod prorsus olet rosas: ita vt scobem eius,
vel etiã ramẽtũ ligni, pro rosas vestibis interponi fuerit gratissimũ. nec odore ce-
dit rosas, etiã si decoquatur igni. Iã ex hoc pectines depurgando capiti ob odoris
gratiam nõ in salubres fabricant: item alabastr̃os, pyxides, & cætera id genus. An-
zigir fuerit, quod superius diximus rosas redolere, non ausim asserere. Strabo
casiã odoratã è stagnis colligi, non solum ex arboribus in Arabia felice memo-
riã prodidit. Excalfacit & reficcat in tertio ordine, particulisq; tenuibus constat:
ideò dispescit, simũq; discutit ea quæ in corpore superflua coierũt. eadem leniter
astringit, ideòq; mēbra corroborat: ciet vrinã: viperarũ ictibus pota resistit: intesti-
nis inflammationibus eodem modo medetur. Menses cõmouet: renũ doloribus,
contractionibusq; vuluæ suffitu infessũq; subuenit: cũ melle lita lentigines exi-
mit. Medicamentis oculorũ ad conciliandam visus claritatẽ compositis adhibe-
tur. In summa vis eadem ferè, quæ cinamomo, cum quo subinde nascitur. quod
si defuerit, vicaria pro eo succedit, duplicato pondere.

Casia fistularis, seu nigra. **Cap. XXIII.**



Gnota fuit Dioscoridis, Plinijq; & Galeni ætatibus casia, quæ
recetioribus Græcis casia syringodes, id est fistulacea: ab Actua-
rio nigra casia: ab aliquibus calamos, id est arundo, seu potius
indica cãna nominatur. Arbor est magna, iuglãdis folio, fistulis
prælongis ac teretibus, vtrinque fastigiatis, colore rubro nigri-
cantibus, duũm ferè pedum proceritate: nigra intus carne, gu-
stu prædulci planè medicato ligneis distinguentibus membranis: ossibus siliqua-
rũ, intercurfantibus laminis intus carnosiss, quas parietinæ discludunt. Actuarius
fructum casia fistularis ita nobis reddidit, Fructus est oblongus, teres, concre-

tum intus atramentum continens, non vna coalescens serie, sed ex interuallis: lignosis tenuibusque membranis septum: immerlis ossibus seminarijs, specie & figura non absimilibus ijs, quæ cognita nobis siliqua profert. ea partim in India, partim in Aegypto nascitur. iam Asiæ communis facta dicitur. Seritur etiam in nostro orbe: verum frustra, nec ad frugē peruenit, & celeriter frigoribus opprimitur. Deligere oportet ponderosam, collucentem, perplenam: quam si concusseris, inclusa intus grana nō obstrepant. Negotiatores in hortis Alexandriae nascentē præferunt. Refrigerari inquit Græci recentiores ea calores locineris intemperatos, calidamq; & humectā primo abscessu perhibent. Flauam bilem per aluum detrahit, atram illam medullam detractis siliquulis & membranis à loculamentis eruūt, & in offas cogūt, quibus alui moluntur deiectionē. eis prodest, qui per naturam pallore decolorantur. anginis, laterū doloribus, & pulmonarijs auxilio est. Actuarius est è Græcis author, hoc atramentū sufficienti modo datum incandescentē torridamq; bilem aluo citra molestiā exigere, dariq; audenter ac intrepide ijs, qui ob tenerā ætatem, aut aliā quāuis causam deiciencia aluum medicamēta respuunt. Addidit præcipuè flauam bilem quæ in atram degenerauit, extrahere: sed tribus aut quatuor drachmis sumptis vix aluum mouere, pituitā mediocriter educere. Præbetur (vt idem refert) pueris, & fœminis ventrē ferētibus cōmoditate quadam & necessitate vrgente, quibus potentius aliud medicamentū sumi denegatū est: item quibus reliquorum medicaminum v sus incandescentis febris aspernatur. **S**ed quoniā huius, quod à Mauritanis, Arabibus, & Græcis recētioribus māna dicitur, proxima est natura: fecit germanarū rerū cōditio, vt de hoc nō nihil traderetur. Venit hoc ex aère Vergiliarum exortu, vel sydere Sirio splendente, sublucanis tēporibus: siue ille sit cæli sudor, siue syderū salua, siue purgantis se aëris succus, siue aquæ sit liquor, siue naturæ, quū prima aurora locis, quibus prouenire solet, folia arborū herbarūmq; melle roscida inueniuntur. & si qui matutino sub diuo fuere, vnctas hoc liquore vestes, capillūmq; concretū sentiunt. Hoc tanquā ros è cælo cadēs, dum venit, obuiio terræ halitu concrescēs, in mellitos grumos coit, qui herbis, arboribus, & lapidibus interdum inuenitur hære. Hoc Galenus licet speciali vocabulo, sed generali tantū in mellis titulo cōplexus est. Verba eius, quod ad rem faciant, subiecimus, ne multi sua distorqueant in manna Arabū ingenia. In folijs (inquit) stirpiū adnascitur quipiam, quod nec eorū succus, nec fructus, nec pars existimari possit: sed rorulentū quiddam, nec tamen continenter, neque copiose prognaſci solet. Nec me præterit per æstatem in arborum, fruticum, herbarūque folijs plurimum fuisse inuentum: sic, vt à ludentibus rusticis Iupiter diceretur melle pluuisse. præcesserat tum nox frigidior, pridie calida siccaque cæli conditio diluxerat. Quapropter inter rerum naturæ peritos cōueniebat, halitus quos terra vel aqua prospirasset, extenuatos & excoctos, nocturni frigoris beneficio coaluisse. Id in regione nostra rarius euenit, in Libano monte quotannis: adeo vt extensis pellibus arbores succutiant, receptoque quod profluit, ollas & fictilia compleant, priuatōque nomine vocant drosomeli, id est roscidum mel, & etiam aëromeli, id est mel aërium. hæc Galenus. Roridum vel aërium mel esse dulcedo sufficienter testatur, quæ gustu prorsus mellea sentitur. In herbis & frondibus stirpiū coaluisse grumosum docet concremētum, quod stipulas, furculos, & foliola sæpius

implicet. Interdum, sed raro in Parisiensi agro arborū comæ illa rorulenta mel-
 ligine maduerunt, mulsūsq; liquor lambentibus repræsentatur. Sed quibusdam
 in locis ros ille mellosus primū arboribus & herbis insidens in guttas splenden-
 tes cogitur: dein cæli fauore, & benigno insolatu in quosdam quasi grādinis cal-
 5 los concrefcit. id non vbiq; sed tractibus certis, qui roscida melligine scatent,
 densari in niueos globulos consuevit. Quare quum nulla non ætate frutices hoc
 mellifluo sudore rorari nonnunquam contigerit, id veteribus incognitum non
 fuit, præsertim Galeno, Plinio, Dioscoridi, qui nihil intentatū reliquerāt: sed satis
 huic putarunt satisfactū, si mellis sinu, noua nomenclationū aucupia respuentes
 10 complecterentur non aliàs q̄ saccarū: vel forsitan speciali mentione foret apud
 ipsos indignum, quòd fugacius esset eo melle, quod ab apibus elaboratū est, ci-
 tōq; lectum emarcescat: mel vero diutissimè & viuit, & corpora vindicat à mar-
 core. Cæterum huic mannæ recentiores Græci eandem, quam casia nigræ vim
 tribuunt: sed maiori modo sumi debet, si aluum ciere placet. nanque flauam bi-
 15 lem simplici ratione pellit. Casia nigra bilem quoque extrahit, sed quæ retorri-
 da desciuit in atram. Vtraque tamen dari solet ijs, qui certa ratione validius me-
 dicamentum aspernantur: deniq; pueris & fœminis vterum gestātibus, quum &
 commoditas vocat & necessitas vrget, exhiberi tutò potest. Item quum febrici-
 tantis malacia, reliquorum medicaminum v sus fastidit. Magno implicantur er-
 20 rore, qui hanc mannā putent elæomeli veteribus fuisse, quorum error facile ex-
 ploditur. Nam elæomeli Palmyris Syriæ manat ex vetustis arborum caudicibus
 pingue quiddam, vnguinosum, crassius melle, resina tenuius. hæc manna per-
 tinaciter ijs, quibus infederit, hæret: sic vt non nisi cum fragminibus eorum de-
 cerpatur. Elæomelite qui vescuntur, marcore torpescunt, & viribus deficiuntur.
 25 quare crebro vellicandi sunt, ne veterno pressi somnos captent. hoc iucundo sa-
 pore vires recreet, & elanguescentem appetentiam excitet. Vtrunque sapore
 dulci traditur: sed elæomeli constat resinæ genus quoddam esse Palmyris fami-
 liare, quod è caudicibus profluebat, perinde quasi nunc è lapidibus quibusdam,
 quod petrelæum nominant. non secus atque locis plerisque vulneratæ arbores
 30 saniam reddunt copiosam, quæ in resinam aut gunmi coeant.

Cinamomum.

Cap. XXV.



Inamomum frutice breui, represso atque humili nascitur, surcu-
 losq; duūm cubitorum altitudinē non excedente arido simili,
 folio origani: siccitate gaudet, quum viret parum odoratum, ste-
 35 rilesens imbre. Gignitur quidem in planis, sed densissimis in ve-
 ribus rubisque, difficile collectu. Quod gracilius prouenerit, exi-
 mium reputatur: sed in crassitudinem extuberans, inutilius habe-
 tur. Verum vt tradunt, legitur. Per sacerdotes hostijs prius cæsis boum, caprarū,
 arietūmq; extis impetratur venia metendi. Sed quū litatur, obseruant, vt messis
 40 nec solis ortum anticipet, nec egrediatur occasum. Quisquis principatum te-
 net sacerdos, sarmentorum strues hasta diuidit, quæ ad hoc munus sacrata est,
 atque ita portio manipulorum soli dicatur: quæ si iuste diuisa sit, radijs flagrās
 incendium sponte concipit, reliquum mercator in nassas condit. Verior senten-
 tia est, nasci in Aethiopia, Troglodytis connubio permixta: non, vt fabulosa

tradidit antiquitas Herodoti testimonio freta, quo situ Liber pater educatus est, vbi accolæ textos è fruticibus cinamorum nidos à lucorum inaccessorū iugis plumbatis decutiunt iaculis, deiectasque sarmentorum congeries pretijs vendunt: nō ex inuijs rupibus, auiūmq; nidis, priuatim Phœnicis petūt. nō in Arabia, vbi cinamulus auis furculis cinami nidificat, eōsq; decutiunt indigenæ mercis gratia. Illi vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula regant, neq; remi trahant, vel impellant vela: præterea hybernum mare exigunt circa brumæ euris tum maximè flantibus. Primus his portus Gebennitarū Ocila. Producentur vix quinto anno reuerti negotiatores. contrà reuehant vitrea, & ænea, vestes, fibulas, cum armillis ac monilibus. Cæterum ex cinamomi radicibus manant lachrymæ, quæ in grana durantur. Alioqui dos omnis in cortice est, quam ob rem summa gratia sarmentorum cacuminibus, vbi plurimus cortex. Lignū ipsum, quod xylocinamomum dicūt, in fastidio est propter origani acrimoniā. Probatur quod in planis gignitur, colore torrido, nigricans variūmq; furculis articulatis & per internodia læuibus, quum rumpitur odoratum exhalans puluisculum. Certissima tamen æstimatio ne sit scabrum, atq; inuicem tritum contumaciter, frietur & inhorrescat, gustu mordax atq; cum salfore feruens. Damnatur imprimis molle, vel cui albet cortex. Cinamomum Dioscoridi in multas species degenerat, quæ gentilitium regionis, in qua nascūtur, nomen retulerunt. Præstantissimū Mosylon, ex similitudine quam cum casia mosyletica refert, nomen contrahens. In quo genere probatur recens, colore nigro, & quum vino diluitur, cinereo: virgultis gracilibus ac læuibus, frequētibus nodis, vehemēter odoratum, cardamomū imitans, acre mordēsq; gustu, & quodam nō insulso sapore feruēs: quod tardè frietur, & in confractu puluerē scobemq; spargat, læuibus tamen internodijs. Sed sic experiri fragmenta conuenit. Quoniā assulæ adultæria planè sunt, & miscellæ, statim in initio probationis euolans aura subit nares, obsessaq; prius halitu opimo olfactus arce, deterioris sensus exploditur. Montanum asperius est crassiūsq;, subruffo colore. Tertiū habetur fastigium nigricans, odore vehemēter iucundo, qui casiam æmuletur, furculosum, paucioribusgeniculis interstinctū. Quartū fungosum, candicās, aspectu tuberoso viliq;, protinus fragile, grādi radice, casia redolente. Redditur & quintū cortice subruffo, coloris casie æmulū, solidū firmūmq; tactu, magnopere neruosum, in casie rubræ odore degenerans, stirpibus crassis. Sextū genus in Syria prouenit, appellant caryopon, qui expressus est nuci succus, multū à veri cinamomi furculo differēs: vicina tamen gratia. Aëtius cinamomi septē fecit fastigia, gētile nomen à locis quibus nascuntur, referētia. forsitan sub hæc mentitū cōplexus cinamomū, quod pseudo-cinamomū dicitur. Omnibus tamen prætulit mosylon ab oppido Mosylæ oriundum. Omnia (vt inquit) stomacho vtilia sunt, cibi coctionē iuuant, lentitiam pituitę digerunt, inferctionis vitia expediunt, vrinas cient, menses pellunt, partus abortu vitiatos abigūt, pota cū myrrha vel subdita vuluæ: morsibus serpentum & venenatorum animalium aduersantur. Delibutorij veneni vim transferūt: vitiligines emendāt ex melle: aquæ inter cutem, & perfriktionibus membrorū auxiliantur. Quapropter peculiaribus frigidorum & humidorū corporum condimentis cinamomū inserere conuenit: sed vesicā lædit. Optimū tertiæ est calfacientiū & resiccantium classis, quod huic cedit, secundum sibi vendicauit ordinē. Partium

tenuitate sic pollet, vt nihil eorum quæ æquam calfaciendi fortiatur dotem, vñq; eo reficet. Stomachū expurgat. tussibus humore concitatis prodest. Ventrē & hepar calfacit. Iecoris & alui exiccat humores. Nascitur in Aethiopia Troglodytis proxima, & ad Caucaſi radices, qua mare rubrum ſpectat. Cinamomū Gal-
 5 lis hodie *canella* dicitur, quòd ſuo volumine tubos & canales imitetur. Officinis plerisque nomen retinet. Coronas ex cinamomo interraſili auro incluſas primus omnium in templo Pacis Romę dicauit Imperator Veſpaſianus. Tradit & com-
 10 mentitium cinamomum, vnde nomen pſeudocinamomo deprehenditur, odore lægido, marcidis viribus. Appellatur vero & zinziber, quod xylocinamomum eſt ipſum quoq; cum cinamomo quandam cognationē habens, diſtans proce-
 15 ritate firmitatēq; virgultorum: item odore multo cedente. Quanq̄ non deſint, qui à cinamomo xylocinamū & genere & natura diſtinguāt. Xylocinamomum Galenus cinamoidē quoq; vocari ſcribit, inquiens, Infirmū viribus habetur cina-
 momū cinamoidis nomine, quod pleriq; pſeudocinamū appellāt. Cinamomū ca-
 20 lidum & ficcū eſt in abſceſſu tertio, partiumq; tenuiū. Viſ ei feruens: emollit, con-
 coquit, extenuat. trahit menſes & partus, ſi datum potui ſit, & appoſitū quoq; cū myrrha. lotium vehemēter impellit, oculorū caligines diſcutit. Vitia cutis in fa-
 cie, & lentigines ex melle litum exterit. ſedat tuſſim: pituitæ deſtillationes cohi-
 bet: ad renum dolores, aquam intercutem, vrinæ difficultates expetitur. Succur-
 25 rit cardiacis, ſomnos allicit, inteſtinos laxat inſarctus. Solet pretioſis vnguentis confundi. Porrò vt diutius ſeruetur, terere cinamomum oportet, & in paſtillos ex vino digeſtum, in vmbra ficcare.

De Caphura & Santalis.

Cap. XXVI.

25 **E**c fuit ſecuta recentiorū ætas otioſa in diſquirendis vñdiq; vor-
 ſum odoramentorū cupedijs, inuenitq; quod de principatu cum
 ijs antediſtis certet. Quapropter eſſi Dioſcoridis & Galeni ſecu-
 lum multa reliquerit intacta: non tamen ſilentio diſſimulanda pu-
 tauimus, quòd non minor apud omnes q̄ ſupradictorum erupe-
 rit vſus. Caphura (vt Aëtius poſteritatis memoriæ prodidit) ar-
 30 bor in India tanta magnitudine viſitur, vt ſub eius vmbra hominū centuriæ cō-
 di poſſint. Nascitur in mōtib; inibi mari vicinis, materie leui, ferulacea, quæ gū-
 mi aut lachrymā fundit, eiſdem quo arbor nominis. Quum frequentibus cæ-
 lum fulgetris coruſcat, aut crebro tonitru conſtrepit, vel quū terra motū concu-
 titur, largioris huius prouētus augurium eſt. Ea caphura in permulta recentium
 35 odoramenta venit, facitque caphurelęum, id eſt oleum caphuratum, quo verum
 mentiri baſamū audent: quapropter ad permultas & compositiones & vnguen-
 ta medici vſurparunt. Huius multa traduntur genera. Vna in interuenijs ligni,
 modo lamellarum impacta figitur. Alia foras emergit, & arboris corticibus hæ-
 ret, maculis inter initia rubentibus: poſtmodū vel calore ſolis extoſta, vel igniū vi
 40 cādeſcit. Hęc barbaro regis huius loci nomine *Riachinā* indigenæ nomināt, qui
 primus dealbādæ caphuræ rationē adinuenit. Hęc cæteris & bonitate & tenuita-
 te præſtat, longiorq; durat tēpore. Alia craſſior, nec pellucēs, atro colore, nō pre-
 tio ſed duratione tantū cedēs. Tertia reperitur vilior, fuſco colore. Succedit huic
 impurior alia, quæ fragminibus & aſſulis implicita, & more gummis agglutinata

lentescit, tuberculo nucis amaræ, aut fabæ, aut ciceris. Hanc pōtificum & sacerdotum suffimentis, sicut thus, & myrrham, costūmq; in templis dicant. Sed hæc omnes in duo fastigia rediguntur. Siquidē vel rudis caphura dicitur, quæ nullam vim ignis fuit experta, aut ignium sensit ardorem, sic vt album contraxerit colorem, in laminas pellucens digesta, & hæc vocatur elaborata. Frigida & sicca ab scellu tertio caphura perhibetur, quæ quū maximis (vt Aëtius promittit) auxiliatur, tum præcipitibus morbis. Capitis dolores, quos calor creauerit, mulcet: incandescentes inflammationes restinguit, præsertim quæ iecur malè habeant. Renes & feminaria vascula refrigerat, sanguinēmq; cogit. Legitimi probatio talis est. In caldo pane caphura ponatur, & si humore madeat, syncerē est argumētum: sin contrā perarescat indita, spuria & fictitiæ certitudo est. Addunt aliqui somnum conciliare: sed cauendus eius nimius vsus, quoniam peruigilia tandem adferet. sanguinem naribus profluentem sistere cum succo vuae acerbæ impostam vêtrem suppressere. canitiem crebro vsu accelerare: ægrotationes parere frigiditas, regionibus & naturis consentiētibus. Ab officinis vbique nunc *campbor* *ra* nominatur: vulgus gallicum, *campbram*. Aëtius, Actuarius, Psellus, caphuram nominant. **S**antalum. Græcis recentioribus Santalum lignum est, quod India mittit. Huius tria genera. Candidum, rubrum, luteum. Tertiam sibi frigidorum classem assumit, sed rubrum aliquanto frigidius cæteris existimatur: sicca tamen omnia in secundo recessu. Quod ad medicinarum rationē pertinet, ex calfactis auxilio sunt, imbecillitatem stomachi resarciunt. cardiacos affectus leuant, quos irrepens bilis excitauerit. Trita ex stillatio rosarum liquore, & illita tēporibus, adiecto caphuræ momento, ardentis capitis cruciatus mitigat. Item ex albo oui liquore fronti imposita, defluxionū impetus, quæ ad oculos decumbūt, cohibent. Incandescentibus articulorū inflammationibus, podagrīsq; ex succo solani, aut semperuiui, vel portulacæ, vel lēticulæ palustris illinūt, repelluntq; humores, qui eò loci se cōferunt. Rubrum priuatim, vtpote quod maiore refrigeradi astringendiq; dote sit præditum, humores qui alio defluētes, partes alias implere solent suspendit. Prægnātes gingiuas cohibet & stomachū firmat. Præfertur tamen in ijs generibus luteū, si pingui quodam scatet. Secūdas partes obtinet rubrū. tertiam sibi sedem arrogat albū. Nomen medicamento triuiali indiderūt, quod ab illo triplici santalorum cōmercio, trisantalum nominatur. Nunc nullæ non ferè medicorū potiones, vt gratiā à sumētibus ineant, ijs imbuuntur santalis. Quin & vt aliquid sibi odoris iucundi adsciscāt, paulisper in eis macerantur: quo fit, vt medicamenta à morosis ægrotantiū palatis longè minus respuantur: nanq; cinamomi modo ijs qui medicinas horrent, fastidium abolet.

Moschos, & Ambarum.

Cap. XXVII.



Ed prodigiosum nature miraculū, animal quoddā Indicū, pretiosissimū odoris genus ex vmbilici vomica quotannis exprime, quū in reliquis animantibus erūpentes ab scellu non nisi quippiā olidum, putre, ac foētēs eruētent, quod ab Aëtio, Paulo, cæterisq; recētioribus Græcis moschos appellatur. Is in pretiosa odoramēta venit: nūc & quotidianis vestiū suffimētis est dicatus, quo tædia alarū, narium, & graue sudoris virus aboletur. & si corpus ha-

litū expiret insuauē, ille hac odoris gratia etiā occultitur. & vt summam dicā,
omnia, quibus miscetur, odoris iucūditate cōmendat. Sed tam latè fusēq; iactat
odorē, vt eius momentū cōfestim domos impleat, hūncq; diutissimè seruāt quæ-
cunq; eo fuerint imbuta. Verū nulli sunt tam blandi odores, quorū gratia nō ex-
5 olefcatur v su cōtinuo. Quare vt flagrantia mitescat, suauiora nōnulla, ne fastidiū
pariat, admisceri solent. Nūc quæ Aëtius professor de moscho memoriæ man-
dauit, exponemus. Moschi discrepātia sunt genera. Primatū tenet, qui nascitur
in municipio quodā, quod magis q̄ Chorasa ciuitas ad orientis plagam spectat,
hoc barbaro nomine Pat dicitur: colore subfluido. Secundā sibi sedem arrogat,
10 quod ab India defertur, priori bonitate cedēs, colore in nigritiā vergēte. eo infir-
mior existimatur, qui à Senitarū agro mittitur. Moschus omnis in vmbilico cu-
iusdā animalis gignitur, quod capreæ simile est, vnico armatū cornu, prægrandi
corpore. Siquidem quum ruit in venerē quasi furijs stimulatū, ei vmbilicus intu-
met, vomica prægnās, cōgesto inibi crassiore sanguine: quo tēpore & pabulo &
15 potu fera abstinet, in terrāq; crebro voluitur: qua versatione vmbilicū lutofo fœ-
culētōq; sanguine, qui ibi coierat, turgētē exprimit, emissāq; sanies post aliquod
tēpus sibi magnā odoris suauitatē adsciscit. hæc Aëtius. Sunt qui Tūbascinū an-
teponāt, odorīsq; præstantiā caprearū pabulo ferāt acceptā, quæ nardo inibi ve-
scatur copiosa, ceterīsq; odoratissimis herbis. In Senitarū quidē agro capreæ her-
20 bas odoratas pascuntur, sed odoribus impares. Aliam quoq; metendi rationem
causantur tumbascini. hanc sanie vomicæ folliculo nō eruunt, & blandiente cæli
serenitate merū legūt. Senici vero vomicę ventriculū exprimūt, & exclusa sanie
adulteria permiscēt, nubilo parūmq; arridente cælo, & vasis vitreis recondunt.
Sed vt volunt, hæ peregrinæ capreæ figura, colore, cornibus, ab alijs nō dissidēt:
25 sed dentibus tantū caninis discrepant, quos verrium more exertos palmi longi-
tudine gerūt. His venatores prætentis cassibus aut laqueis insidias moliuntur, &
interdum captant, aut sagittis vel missilibus vomicæ folliculum decutiunt, & sa-
nie quæ in sinu cōcreuerat immatura turgentē, præligant: sed præcox adhuc is
moschos tetro & insuauī odore displicet. Verū tantisper libero aëre suspendūt:
30 dum abacto prorsus fœtore maturuerit. is hac cōcoctione perfecta mirā sibi con-
ciliat suauitatē. Simile quippiā in arborū fructibus fieri consuevit, qui præcoces
decerpti, tandem exuta acerbitate, & dulces & suauolentes euadunt. In ijs ve-
rō capreis, quæ in mōtibus oberrant, & liberaliū nō captę vagantur, cōcepta sa-
nies, antequā vomica rumpatur, suapte natura ad maturationē spectat: ad quam
35 quum ventū fuerit, fera titillātis humoris lancinatu noxio lacessita, cotibus & sa-
xis sese longo insolatu candentibus affricat magno oblectamento, donec facto
vomice emissario, tota saniei vis à vētriculo supra lapides effundatur: nō aliter, q̄
abscessus pure cocto fractus dissilit: ita vtricolus maturo humore per naturā exa-
niat, vlcūsque postmodū ducit cicatricem, rursumque ruēs sanguinis impetus eò se
40 recipit, implētque vmbilicum, dum abscedens in cōsimilem vomicam extuberet.
Cæterū indigenæ, qui loca vbi versantur huiuscemodi feræ ad vnguē norūt, sa-
xa faciliè deprehendunt, quibus fusa colluies & candenti sole resiccata cohæsit.
Nec hoc animal hanc egestam sanie abditis cotibus cōdit, inuidia scilicet, ne
45 & vtricolis ferarum earū asseruant, quas venatu captauerant. Ille moschus mul-

ti vānit, dignus quo reges & principes exornentur. hęc forsitan verbosius Mauritana factio prodidit. Moschus, vt Aëtius scriptum reliquit, calfaciendi, siccandi tertiam sedem inuenit, ac partium tenuitate pollet. Quare imbecillas partes firmat. caput frigidum roborat: reuocat quos animus defecerit: elanguescentes & penè dissipatas vires recreat, quare recolligentibus sese salutaris: cardiacos affectus leuat, quoniam cor corroboret, sed pallore vtentium membra decolorat. Probandi quibusdam ea est ratio. In peluim humore perfusam, vel labellū, post examinatum trutina pondus immittunt, postea iterum æqua lance ponderant. Quòd si protinus ad staterā reductū superferatur, synceri & legitimi experimentum putant: sin repens cedat & pondere degrauetur, spurij indicium existimāt. Non desunt, qui tradant naribus inditum, sternutamenta ciere, & si coles ex cicino oleo linatur, venerem stimulare. Sed experientia nouimus, mulieribus vteri causarijs noxam adferre, vt eius nidore vel halitu naribus raptō, statim eas strangulatu vuluæ comprimi constet. Simile quippiam eruitur è genitalibus locis feræ animantis, quod Zibettum recentiores Græci nomināt peregrino sermone. Ea autem feli qui veteribus ædificiorum ruinis oberrat, non absimilis: è cuius natura sordes manat odoratissima, quæ solet præcipuè purgari, quum pars ea hac scatet vligine, tum vase vitreo vel alio recipitur. Si cauernulę vmbilici admoueatur, tradunt cōuersum in alterutrā partē vterū in suā resilire sedem: aut si sursum versus impulsus opprimat, subdito eo deuocari. tam amans huius odoramenti vulua, vt ad id vndecunq; admotum irreat. Reddūt interdū & feles syluestres, & mures moschi odore recrementū, vt sæpe in dirutis agrorū ædificijs vidimus. sed id acceptum ferendum est odoratis fruticū cibis, quibus aluntur. Nonnulli è recentioribus Græcis qui hoc animalis genus, ex quo odoratū id recrementū elicitur, Zapetion appellant: vulgus nostrū hodie *Siuetam* nominat. Quantū celebratū Græcis recentioribus medicamentum, quod ex animalis moscho, agalloco, & ambare cōstet. officinæ *galiam moschatam* malunt appellare: barbari *sonc moschatum*. **A**ambarum. Aliud habetur odoramenti genus, quod recentiores Græci modo ampar, modo ambar nominant. hoc diuersis in locis scaturit, vt Aëtius literarū monimētis tradidit. Sunt autē huius fontes quemadmodū picis, bituminis, sulfuris, & similiū, qui huiuscemodi ambarū eructēt. Sed in eo genere præfertur quod fuluum est, præpingue. tale in Indica ciuitate, quæ Silachetum nominatur, vendi solet. Aliud subalbidum, quod in oppido maritimo felicis Arabiæ, cui Sinchrio nomē est, gignitur. Tertium atro colore micat, quod viribus infirmius est. Colligitur hoc ex piscibus qui fontes & ambari scaturigines degustarint. Vm habet excalfaciendi, humorum lentitiā digerit, quare medicamentis quæ secandi naturā fortiuntur, immisceri solet. Caput & cor olfactu roborat: sed temulentis largius in vinum coniectum, ebrietatē exasperat. Cæterū Mauritanorū familiæ authores in mari tradunt ambar, non secus atq; in terra fungos nasci, sæuētibusq; procellis agitatū pelagus, cū prouolutis impetuosè faxis expuit in litus: tum homines qui præsentiuēt maris insultus, ad vada se cōferunt, & quod eructarint ambarū, congerūt. Præcellit quod in insulis harum regionū, litoribus eiectū inuenitur, colore cæsius, in globi formam coactum. Improbatur quod struthionis cameli oui more candicat. Damnatur quoque ambarum, quod è piscium ventribus exemptum fuerit. nanq; cetaceus piscis nimium auidus huius ambari, hoc

esu sibi necē consciscit: præsertim dum copiosius estur. Azelum vernaculo nomine vocant piscem: is emortuus fluitat, & vndis maris emergit: tum insulani coniectis vncis & funibus extrahunt, ambarūque cæso ventre eximunt. Sed quod proxime spinam dorsi inuenietur coaluisse, longè magis præfertur: vtpote quod & purius & syncerius tradatur, longiorēq; moram in piscis ventre fecerit. Addunt calfacere & siccare ambarū: cerebrum & cor roborare, omnesq; sensus vegetiores efficere: quare senibus & frigidis auxiliari. Officinæ nostræ *ambram chryseam* vocant. Confundunt sub hoc nominis ambitu succinū magno errore. nam ambarum peregrinū nomen est, illius duntaxat rei proprium. Quapropter sunt, qui sentientes hoc discrimen, ne committeretur error, orientale succinū maluerunt appellare. Sed nos vt alia quædam, quod patrio vocant nomine ambar, edocti à veteribus Latinis ambarum diximus, sicut & sachar sacharum. Liberum tamen fuerit vel ambar vel ambarum proferre.

Moschocaryon, & Caryon Indicum.

Cap. XXVIII.

Moschocaryon, quod & moschocarydion Græcis dicitur recentioribus, India mittit: nos ea imitatione nucē moschatam nominamus. Ea membranofo primū vestitur calyce, foliato, fissili, per extrema fimbriato, flauescente: mox lignoso tegitur putamine, fragili, cui cōpactilis subest globus nuclei vice, ab umbilico læuibus quasi strijs extrorsum virgatus, fungoso corpore, cæterarum nucum more minimè cauernoso: sed coalitu intus rariore, intercurfantibus venis rubris, candicantibus interuenijs. Tota dum recens est, succo pingui & oleoso madet, sic, vt in vnguentum exteri possit. vnde multis myrephica, id est vnguentaria nux dici cœpit: & si pungatur aculeo, aliquid remittit humoris. Ea iucundissimum spirat odorē, ita vt cum cinamomo de odoris suauitate certet. Probatur recens quæ nullam senserit cariem, ponderosa, præpinguis, ita vt adacta acu confestim è vulnuscule oleaginus exeat humor, colore in rubrū inclinato: damnatur leuis, exucca, nigricās. Calfacit, exiccat, aluū astringit. distendentes stomachum spiritus discutit, oris suauitatē commēdat, & fœtentis animæ virus abolet. stomachum & iecur roborat. lentigines in facie & impetiginas emendat. lienem incremento laborantem reprimit. & vt in vniuersum pronunciatur, natura ei eadem quæ caryophyllis. Assignauit secundam calfaciendi & siccandi classē odoratæ nuci Aëtius. sic caryon aromaticum, id est odoratum vocat. Ventrem, & stomachū, & iecur firmare tradit, cibi coctionē iuuare. longis iocineris valetudinibus opitulari: sed pulmonibus officere. Quæ sit nuciferæ arboris facies, postmodum dicetur. Quauis enucleatus globulus magna ex parte defertur ad nos exemptis duabus superioribus membranis, quibus in sua arbore tegebatur. ea nux omnibus est notior, quàm vt alijs notis debeat explicari. Iam in ganeam & cūlinas descēdit, vt opsonia suo sapore condat, nullūq; temere condimentum sine hac moschata nucula struitur. Cæterū de primo illo cortice quasi nucamento nucem inuolvente non conuenit inter auctores antiquos & recētiore. Nanq; Mauritanæ factionis principes, ad quos prior harum rerum tanquā vicinarum peruenit cognitio, macis nomine extimam intelligunt membranā ac folliculū, colore vel fusco vel in flauum languescēte,

alteri ligneo nucis inuolucro cohærentem. Addunt lignosum illud putamen rotundum, quod tenuis illa membrana cingit, quodq; nucleum operit, nullum in medicina præbere vsum: quare vt inutile reijcitur. **M**acer cortex est rubens, arboris magnæ. conuehitur ex India, gustu acerbo, & cum quadam acrimonia iucundè odorato. Lignum arboris huius xylomacer appellatur: qualis ea esset arbor incompertum habuit Plinius. Recentiores non arboris, sed odoratæ nucis, quam caryon myristicon, id est vnguentariam nucem nominant, corticem esse contendunt, quod vero propius, & planè ita nunc cernitur: nobis tamen litem hanc dirimere non licet, quando in Europa non prouenit. qui in officinis tamen spectatur, tralatitius est: sed sæpe nucem suam inuestire deprehendimus. Antefertur cortex qui colore ruffo vel flauo rutilet, odore suauis, cum leui acumine, improbatum nigricans. Exiccat abscessu tertio, partiumq; tenuitate præstat, cæteras habens suæ nucis dotes. Nucis autem huius quam myristicam, id est vnguentariam, vel moschatam aut odoratam appellari diximus, arbor vulgari persico similis traditur. roseo flore, & nuce quam declarauimus, eiusdem propè effectus, cuius & caryophyllon. de macere altero suo dicemus loco. **N**ux Indica, recentioribus Græcis caryon Indicon dicitur, veteres huius non meminerunt. Fructus (vt Mauri putant) palmæ cuiusdam Indicæ præmagnus atq; pinguis, cuius oleum butyro quoq; præferunt bonitate succi. Nux ad nos hac effigie defertur omnibus notiore forsitan, quam vt debeat repræsentari. Globus est prægrandis, circumscriptus rotunditatis, inuolucris intactus, calloso primùm herbaceoq; cortice, intus villoso, tenui tunica exterius vestiente, qua extrita solutus in capillamenta fatiscit, capaci subtus orbe, duro, lignoso: triplici foramine, concauo anfractu, grandi, nullis loculamentis interstincto: dulci intus, quum recens est, liquore: nucleo molli, candido, carnosissimo, quum inueterauerit, cartilaginoso. Sanies interim recens estur, sed is cibus stomacho grauis: licet noxium succum non pariat. ea corruptioni citæ est opportuna. Nux ab incolis, & quum pubet, & cum etiam adoleuit, detractis exterioribus tunicis comeditur. Sed pituitosi ex melle pauco deuorēt, & qui internam sentiunt excalfactionem, acetum mulsum superbibant, vt facile elabatur à stomacho, nec longam faciat inibi moram. Biliosis eo esu interdicitur. Calida perhibetur abscessu secundo, & humida in primo. Tineosis ventris animalia pelit. Oleum quod ea exprimitur, quum sentit vetustatem, flatus digerit. Lumborum & genuum dolores mulcet. Sanguini à spiraculis venarum sedis mananti sublinitur ex oleo, quod nuclei malorum persicorum reddiderunt. Atqui oleosus liquor, quem recens nux pressa stillauit, longè meliorem præbet succum, quam ouillum vel bubulum butyrum, quod stomachum butyri modo non lacestat, nec emolliat. Tradunt quoq; vesicæ malis opitulari, & aluum sistere.

Carnabo. Zadura.

Cap. XXIX.



Arnabo ad vnguenta quoq; pretiosa & magnas etiam compositiones quæritur, quod arabonem Paulus, Aëtius quoq; vocent. Sunt qui ex recentioribus modo carnabum, modo carnabadium appellent: vt alij zarnabum & zarnabadium. Arnabo Paulo odoramentis adnumeratur: quare vnguentis expeti solet. Tertiam ferè sibi calidorum & siccorum classem adsciuit, casia &

carpesio cōsimilis naturæ. Quapropter Possidonius, si non adfuerit cinamomū, eo censet vtendum. Sed is arnabo Mauritanis nomine *zurmbeti* venit, qui de ea re parum sibi constantes *zedoariam* alibi interpretentur, nomenclationis aucupio planè nobis imponentes. Verum id non esse testetur arboris facies, quam linea-
5 mentis exprimunt. Arbor est, vt volunt, in Oriente nascens, folijs salignis, prælongis, colore ex viridi in luteum languescente, nullo fructu, sed semper sterile- scens, odore citrij mali. Hanc calfacere, siccare, & astringere promittunt, fluen- tem aluum tenere, dotes odoratæ nucis quam moschatam dicunt, repræsenta- re: sed tenuitate partium anteire. Quare sternutamenta ciet, & doloribus capi-
10 tis auxilio est, quos causa frigida concitauit. Stomacho & iocineri odoris benefi- cio subuenit. Sed arboris apud nos exoleuit vsus, nec à negotiatoribus ex Oriē- te ad nos amplius, quantum equidem viderim, deportatur, neq; satis de ea re in- ter eos constitit. Porrò carnabadiū vel carnabum id putauerim esse, vt in confe- rendis Mauritanorū cōpositionibus, cum recentioribus Græcis & eorū sectatori-
15 bus Latinis cōperi, quod omnes officinæ vocant *doronicum*. Nanq; radix ex Oriē- te defertur pollicari ferè crassamento, nodis scatens, dura, ponderosa. Cui fami- liæ Mauritanæ authores tertiū in calore & siccitate recessum assignarunt. Qua- re distendentibus inflationibus auxiliatur: spiritus vteri digerit, cor roborat, ve- nentium icibus aduersatur cum ficis potum aut illitum. Compositionibus
20 magnis expetitur. Idem ferè Aëtius de carnabadio memoriæ prodidit, assignans tertiam calidorum & siccorum sedem. Cibi coctiones, vt ait, adiuuat: flatus dis- cutit: stomachum roborat, & ventrem retinet:alui tineas necat: vrinas ciet. expe- dit inferctus vitia: verum vsu crebro flauam in calidis corporibus bilem creat. Aliud ostendunt seplasiarij institores & herbarij *doronicum*, quod Romanum
25 cognominant. folio ferè acuti rumicis, radice graminis alba, crebrò tumentibus geniculis intercepta, internodijs longè gracilioribus, sapore dulci, non sic vt ori- entale feruente & linguam vellicante, quod forsitan nostri cæli temperiei feren- dum est acceptum. Hoc pro orientali, quanuis tum gustu tum radicis effigie dis- sident, officinæ magna ex parte vtuntur. Nisi forsitan hoc Romanum id esset,
30 quod à Paulo mamira vocatur, cui satis descriptio fauet. Radicula inquit, herbæ est frequentibus tuberculis intumescens, quæ cicatrices & albugines extenuare creditur, quippe quum abstergendi vim possideat: nec de ea scriptum aliud inue- nimus. *Zadura* alijs *zaduara*, radix est teres, aristolochiæ rotundæ non absimi- lis, sapore & colore gingiberis. hanc ad nos India mittit. Secundam & calfacien-
35 tium & exiccantium sedem obtinet, corpus lætiore sagina reficit, flatus discutit. graue virus animæ, quod allium, cepa, vel vinū excitauit, abigit: venenatis mor- sibus opitulatur. Crassiorem ventris spiritum digerit: aluum retinet: abscessus vteri soluit: vomitiones cohibet: & colicos mulcet cruciatus. Nunc ferè nostræ ætatis medici cōtra pestilentis cæli contagia vtuntur. Officinæ & medicorum
40 vulgus *zedoariam* nominat. *Zadura* permultis recentiorum medicamentorum compositionibus expetitur.

Carpesium. Caryophyllon.

Cap. XXX.



Arpesiū vt Galenus est author, gustu & viribus appellatæ Phu non dissimile: verum tenuioribus constat particulis. ideo viscerum obturates infarctus explicat: vrinas ciet: renes calculis expedit. Cæterum tantum partium tenuitate pollet, vt non præsentente cinamomo pro eo substitui possit, quemadmodū Quintus facere solebat. Præfertur ponticū carpesium Laërtio, neque tamen cinamomi viribus respondet: sed optimæ casia paulū cedit. Nomen vtrūque à montibus quibus nascitur deflexit. Plurimū in Syria prouenit. Paulus odoratum esse refert, tenuibus valere particulis: infarctus extricare viscerum: vrinas pellere: calculos renibus exturbare. Actuarius à barbaris iam sua ætate *cubebas* vel *combebas* dici profitetur, quod nomen omnibus officinis tritissimū ac vulgatissimum habetur. Non sunt igitur audiendi factionis Mauritanæ principes, qui carpesium, id est vt vocant *cubebas*, asserunt fructum esse rusci, quam oxymyrthen Græci nominant. Longè alia res carpesium ab rusci fructu, si quis vtrunque nouit. Siquidem ruscum in medio folio baccas fert cerasis similes, carpesia vero minuta conspiciuntur grana, quæ Galenus libello quem theriacæ dicauit, fructus tenues, odoratos, gustu nō absimiles radicibus herbæ quæ phu nominatur: sed euidentius quàm vt debeat demonstrari, baccas rusci magnitudine cerasum malum æquare, nullum iucundum odorem spirare. Dioscorides inter simplicia de carpesio nihil scriptum reliquit. Caryophyllon, frutex in Oriente nascitur, sabuci forma, semine grano piperis grandiori fragilioriq; ex atro rufescente, in clauis modum capitato, exertis in aduersum quatuor denticulis sese stellatim decussantibus, prominulo apice, quadrati alueoli sinu medio vmbiculatim prodeunte. à qua facie clauata Francis sibi nomen *clauis caryophyllum* adoptauit. Non desunt, qui caryophyllum repræsentent buxi caudice, lauri folio, sed rotundiore. Huius nec Dioscorides nec Galenus in censu simplicium vllam fecerunt mentionem. Plinius in India quippiam piperis grani simile nasci tradit, quod caryophyllon vocatur, grandius fragiliusq; subdit, in Indico luco gigni. Aduhebat olim odoris gratia, nunc cibi quoq; velut septètrionibus populis. Paulus Aegineta eam silentio non prætermisit, caryophyllon quasi nucifolium existimans esse vocandum. etiam si hanc non habeat naturā, quæ nomine prætenditur: verum flores arboris cuiusdam Indicæ festuacei sunt, nigri, longitudine ferè digitali, acres, odorati, subamari. Tertij sunt ferè siccantium & excalfacientium ordinis. Multus eorum erumpit vsus, non ad opsonia modo, sed ad multa quoq; medicamenta: hæc Paulus. Aëtio caryophyllon fructus est arboris, secundam calfaciendi, siccandi classem adsciscens: quanuis & nonnulli tertiam ei assignarint. Iocineri, stomacho, & cordi auxiliatur. Contractam humore nauseam leuat: sed viscera lædit. Caryophyllon halitus emendat grauitatem: quare ijs mandi solet & ore contineri quibus anima foetet: nauseas sedat: corroborat stomachum, iuuat concoctiones: tollit oculorum caligines, atq; visum exacuit: panos discutit, obstruentes iocineris infarctus aperit, venerem stimulat.



Momum frutex est labruscæ similis, cæterum minor, venosus,
 odoratus, ramulis duriusculis, colore sufflauo, baccis inter se ra-
 cematim cohærentibus, flore violæ candido. Dioscorides Amo-
 mum sic reddidit, Frutex est pusillus ceu racemus è ligno con-
 uolutus, flore præparuo candidæ violæ, folijs vitis albæ simili-
 bus. Plinius amomi vuã in vsu esse tradit, Indica vite labrusca,
 vt alij existimauere frutice venoso: palmi altitudine. Carpitur cum radice, mani-
 pulatimq; cõponitur protinus fragile. Laudatur quammaximè punici mali fo-
 lijs simile, nec rugosis, colore rufo. Secunda bonitas pallido, herbaceũ peius, pes-
 simum candidum, quod vetustate euenit. nascitur in Armeniæ parte, quæ voca-
 tur Otene. Adulteratur folijs punici & gummi liquido, vt cohæreat, cõuoluatq;
 se in vuæ modum. Dioscorides laudat quammaximè armenium, colore aurum
 imitante, ligno subrufo, perquam odoratum. Nasci quoq; in Media tradit in pla-
 nis dilutisque regionibus: sed procero imbecillius, quanquam procerius adoles-
 cat, venosum, molli tactu, colore herbaceo, odoris origani æmulum. Pontico co-
 lor subrufus inest, quod neq; fractu contumax est, racemosum, plenum seminis,
 odore nares feriens. Præfertur album, recens, quod neq; collectũ stipatũmve co-
 hæreat, neq; se conuoluat, sed solutum diffundatur, fructu in vuæ modum con-
 uoluto, ponderosum, suaueolens, gustu acri & mordente, simplici colore non va-
 rio, quodq; nõ senserit situm. Eadem erat Amomis, nisi minus venosa, & durior
 angustiorq; odore esset, flore origani, sine semine, qua amomum adulteratur.
 Amomum, quod officinæ præferunt, sabulosa specie: nec odoris argumẽto, nec
 alia ratione congruit cum eo, quod à Dioscoride describitur. Nec mirandum,
 si quando scriptores inter se dissonent: quoniam nulla medicinæ pars incertior,
 quàm quæ ab alio orbe q̃ nostro petitur. Turpiter aberrant, qui herbam pedem
 columbinũ vulgo dictam, amomũ esse existimãt, quum ea est folijs maluæ paulo
 candidioribus, cauliculo semipedali, lanuginoso, flosculo purpureo, capitellis ro-
 stratis gruini capitis modo: vnde princeps illi nomenclatura geranion, vel si ma-
 uis, gruina. Amomũ indicæ viticulæ genus est è ligno se conuoluens in vuæ mo-
 dum, odorato frutice, folijs bryoniæ, quæ ex India importatur. illa nusquã non
 nascitur maluæ folio, minãtib; in cauliculis cacumine gruum rostris. ea in
 nullum medicinæ vsum venit: estq; apud Dioscoridem secũdum geranij genus,
 de quo dicemus suo loco. Ex calcificandi, amomum siccandi, atq; spissandi natu-
 ram retinet: somnum conciliat, & illitum fronti doloris noxam abigit: meliceri-
 das & collectiones maturat atque discutit. Iuuat qua scorpius icerit ex ocymo-
 perlitum: podagricis subuenit: oculorum inflammationes viscerũm; cum vua
 passa demulcet: muliebrib; malis adfessu aut pessorum appositu medetur. De-
 coctum eius epotũ iocinerosis auxilio est. Galenus illi vires easdem tribuit, quas
 acoro: nisi quod acorum magis exiccat, amomum plus excoquit. Cæterũ com-
 monendi nobis sunt, vt qui syncero amomo velint vti, fragmenta semper ha-
 stulãsq; deuitent, & solidos frutices petant, id est qui surculos atq; ramos inco-
 lumes ex ima radice sustineant, ita nobilib; vnguentis antidotĩsq; peti debet.

Costum.

Cap. XXXII.



Osti frutex est nullo præterquam radice pretio. Tria eius genera. Arabicum cæteris præstat, cãdicans, leue, plurimo odore, solidum, minime friabile. Proximũ nobilitate succedit Indicum, crassum & hoc, ferulæ leuitate, nigrum. Syriacum graue, buxi colore, nares validè feruens. Radix costi gustu feruet odore eximio, frutice aliàs inuiti. Plinius Indicum duntaxat nouisse costum videtur, primo statim introitu amnis Indi in Patale insula compertum, cuius duo fecit fastigia, nigrum, & quod melius est, candicans. Costo perinde atque thure dijs suis supplicabat antiquitas: quare huius superstitionis gratia, aut vnguentorum deliciarũque causa emebat. Strabo costariũ quoque nominauit diminutionis forma vsus. Faciunt huic affinem nomine costum hortensem, quem vulgus *coquum*, alij *Mariæ herbam* appellat, simplici caule sesquicubitum alto, folijs betonicæ, nisi quòd castigatiora sunt, tenuiora, ac magis odorata, capitellis fulgore auri flauescens. Subscribit eorum iudicio Florentinus agriculturae author, qui costum & balsamũ in hortis feri viuiradice, Nouembri mense prodit, odoratu perquam suauem: vt sampsuchum Aprili & Maio. De herba videtur non de peregrino illo costo hæc intellexisse: nam & balsamũ sua ætas sisymbrium hortense, & costum herbã, quam nuper memorauimus, videtur inuisse: nempe tam contumaces nostro orbi implacabilẽsq; huiuscemodi peregrinæ arbores fruticesq; vt nullis blanditijs, officijs, atque nostris deniq; obsequijs apud nos comprehendere possint, etiam coactæ mitioribus locis viuere: tantũque patriæ nataliũque suorũ amor, vt nisi reduces in natiam sedem relegentur, aut velut effœtæ gracilescent, aut quòd solum vertetes extorrens agant vitã, despondentes emoriantur. Sed hanc hortensem herbam siliquastrum & piperitim esse delinatio fatetur, castore hac forma demonstrante caule rubro, longo, densis geniculis, folijs lauri, semine albo, gustu piperis, de qua satis in hydropipere diximus. Costo natura concalfactrix: vrinã ciet, menses pellit. Vitijs quæ vuluam male habent, tam fotu quàm suffitu opitulatur. Contra viperarũ morsus potu prodest. Aduersus pectoris dolores, conuulsa inflationesque vino & absinthio bibitur. Venerem in mulso stimulat: latas vëtris tineas ex aqua deijcit, in horroribus febrium ante accessiones, item neruorum resolutionibus inungitur. Vitia cutis in facie cũ aqua vel melle litus emēdat: antidotis & malagmatis miscetur. Mangones adulterant validissimis helenij comageni radicibus. Sed facilè dolus coarguitur, quòd helenium neque linguam accendit, neque odorem, qui olfactum tentare possit, expirat.

Iuncus odoratus.

Cap. XXXIII.



Iuncus odoratus teres est, scapo exili, rubente, flore copioso, odore rosæ in confricando emittens, fragmētis in purpuram vergētibus. legitur quod recentissimus mordacitatis vinosæ ad linguã fractu rosaceum spirans odore, rubentibus fragmētis. Sed alium iuncum reddit Africa, alium Arabia, alium Nabathæa, qui laudatissimus existimatur. Secundum eum Arabicus, quem nonnulli Babylonium malunt appellare. Improbatur Aphricus vtpote deterrimus, in

Campania inueniri tradunt, sed minus viribus pollentem. In Arabia cum calamo odorato nascitur, nihil aspectu differens à cæteris. Prouenit & in Syria quoque, cæle cognominata. Iuncum hunc vinosæ mordacitatis ad gustum sentiri perhibent. noscendum verò Dioscoridi Babylonium & Teuchitim pro eodem genere intelligi, verum non sic à cæteris. Quippe qui teuchitim eundemque nobilissimum, qui è Nabathæa sit appellent: proximū Babylonium: deterrimū ex Aphrica & sine odore. Iuncum odoratū Græci schoenon, Hippocrates schoenon hedyosmon, vt Galenus libello, quem vocabulis Hippocratis dicauit, id est suauem iuncum nominat. Cornelius Celsus iuncum rotundum, vt ab angulari differat. Officinæ squinantum, quanuis florem iunci odorati veteribus dici placuit, vulgus *pastum camelorum*. Ne tamen schoeni nomenclatura pariat errorem, quum alterius iunci meminerūt quàm odorati, adiectione aliqua discriminant. Scribonius schoeni vocabulū retinuit. Vnus multiplex, radice, floribus, culmo. Vrinam trahit, menses pellit, discutit inflationes: grauedines ciet, ac caput tentat: modicè astringit, maturat, comminuit. Venarū spiracula laxat: vrinas molitur: flos eius in potiones adhibitus sanguinis reiectiones supprimit: doloribus pectoris, pulmonum, iocineris, renūmq; prodest: singultus compescit: medetur vesicæ. Opisthotonicis cum arida resina imponitur: decoquitur ad muliebria mala: miscetur antidotis. Radix maiore constringendi vi prædita est, proinde fastidientibus stomachis datur: exhibetur etiam hydropicis conuulsisq; cum pari pondere piperis aliquot diebus. Decocti succo inflammationes vuluæ insidentibus placantur.

Calamus odoratus.

Cap. XXXIII.

Calamus odoratus vulgo aromaticus dicitur, arundini simillimus aspectu, nepe multis geniculatus nodis, fuluus, cætero tactu mollis & cum frangitur scissilis, intus araneosus, casia gustu, fragrantissimo odore, adeo vt locum in quo nascitur ingredienti, spiritus suauissimus statim aspiret. Calamus odoratus in Arabia nascens, communis Indis atque Syriæ est, in conualle modica iuxta Libanum montem lacumque, cuius exiccatis æstate palustribus hi calami profiliunt: non vt Strabo existimauit propter Antilibanum lacu Gemnesaretide, vbi conuallis amplissima & pulcherrima, quam Aulonem cognominant. Præcipua bonitas rufo geniculis frequentibus distincto, qui contractus in assulas multas diffiliat, plenis araneo fistulis, subalbidus, in commanducando glutinosus astringensque linguam, gustu acri. Sed calamus præstantior odore statim è longinquo inuitat, mollior tactu, meliorque qui minus fragilis, & qui assulose potius quàm raphani modo frangitur. Inest fistulæ araneum (vt Plinius tradit) quod vocant florem, præstantior est cui numerosius, reliqua probatio vt niger sit, damnatur aliubi. Melior quo breuior & crassior, lentusque in frangendo. In Mæotide odoratum nasci calamum produnt, radice subalbida, sine fistulis, intus plena & amara, specie acori, de quo & falsi quidam sunt, acorum ipsam putantes. quanto autem amarior tanto & calidior Indico. Vtrunque tamen genus acorum odore superat. Teredinibus vt acorū incessitur. Ab Ionio ponto & Herculis columnis prorsus apud omnes qui mediterranea colunt Africæ, pro acoro vicarium substituunt, quæ maxima visantur frui germanitate, vt authores pleriq; tradunt. Calamum odoratum

Hippocrates myrepficon, id est vnguentarium appellauit. Officinæ omnes *calamum* nominant. Vrinam potus exigit, eoque cum gramine aut apij femine decoctus aquæ subter cutem fusæ, substillo lotio, renum vitijs, ruptisque bibendus præcipitur. Menses potu & appositu trahit. Tussi suffitus per se, vel ex resina terbinthina, in os raptò per fistulam nidore, medetur. Ad muliebres infessus decoquitur. Quin & clystere subter inditur. eodem in suffimentis & malagmatis gratia odoris vtuntur. Est secundi ordinis calfacientium sed exiccantium magis, concretu terrestri & aërio constans.

Balsamum.

Cap. XXXV.



DE Balsami frutice vt reperegrina parum inter veteres conuenit. etsi, quæ Iudæa Romani sunt potiti, tum sunt propagati, vt iam latissimi colles sudarent balsama. Similes viticulæ stirpes habent, malleolis digeruntur, rastris nitescunt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus folijs semper inumbratur: lignum caudicis atrectatum ferro sine mora moritur. Eapropter aut vitro aut osseis cultellulis, sed in solo cortice, artifice plaga vulneratur, ex qua suauitatis eximie gutta manat. Post lachrymam secundum in pretijs locum poma obtinent, cortex tertium, vltimus honos ligno. Plinius balsamum vni terrarum Iudææ concessum prodit. quondam in duobus hortis vtroque regio, altero iugerum viginti, altero pauciorum: in totum alia est natura, quam nostri externique prodiderant. Quippe viti similior est quam myrto. Malleolis feri dicitur, nuper vineta vt vitis, impleretque colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Tondetur similiter fruticans, ac rastris nitescit: properat nasci intra tertium annum fructifera: folium proximum rutæ. Cornelius Tacitus memorie tradidit modicam esse arborem, vt quisque ramus intumuit, si ferri vim adhibeas pauet, venæ fragmine lapidis aut testa aperiuntur: humor in v su medentium est. Iustinus Trogi Pompeij testimonio fretus incredibile tradit, quantum opes Syriæ genti ex vectigalibus opobalsami creuere, quod his tantum regionibus gignitur. Est inibi conuallis, quæ continuis montibus tanquam muro cincta instar castrorum clauditur, spatium loci ducenta millia iugera nomine Hierico dicitur. In ea sylua est vbertate & amoenitate insignis: siquidem palmeto & opobalsamo distinguitur, & arbores opobalsami formam similem piceis arboribus habent, nisi quod humiliores sunt, & vinearum modo coluntur. Hæ certo tempore anni balsamum sudant: sed non minor loci opacitas, quam vbertatis admiratio. Quinetiam è Græcis Theophrastus rutæ folio reddidit, sed exalbido. Dioscorides arbusculæ magnitudine, flosculo candidæ violæ aut lycij, folio rutæ proximo, sed candicante, coma perpetua, vni terrarum Iudææ quadam conualle, & Aegypto concessa, terbintho similem fruticem. Strabo prodidit nasci in Syria Cœle valle illa fertili, quæ Libanum & Antilibanum intercedat iuxta lacum Gemnesaritim: in Arabia quoque Sabæorum tractu maritimo. Pausanias in Bœoticis author est, balsamum per litera non b pronunciatum, in Arabia gigni, arbore viperis obsessa, nam & similia ijs euenire nouit magnitudine fruticis myrti, folijs sampsuchi herbæ. Angues in Arabia sub hac apricantur arbuscula, succoque huius suauissimo aluntur, eximieque fruticis vmbra gaudent. Quum legendi succi Arabibus appetit

tempus, binas singuli ligneas aduersus hos adferunt scuticas, citatōque ligno-
 rum strepitu vyperas abigunt, quas necare nephas putant, nempe balsamo fa-
 cras. Quod si quempiam à serpente morderi fors ferat, vulnus perinde atque
 illato ferri mucrone accipitur. Cæterum veneni timor abest, neque morfu quis-
 5 piam extinguitur: sed tanquam pretiosissimum vnguentum partibus serpenti-
 bus, veneni lethalis noxa in mitiorem se conuertit conditionem. Sed Aëtius re-
 centior ex authoribus Græcis stirpem esse exiguum prodit, eiusque magnitu-
 dinem intra bina cubita subsistere: nasci proxime Aegyptum in regione, quæ
 nunc Fons Solis appellatur quondam Heliopolis dicebatur. Quūque rerum
 10 suarum potiretur Aegyptus, ineunte autumnō imæ prægnantis fruticis partes
 crebris ferri scarificationibus vulnerabatur, è quibus succus oleo persimilis ema-
 nabat, qui balsamelæon appellatur. Incidi Dioscorides quoque est author fer-
 reis vnguibus. Plinio ferro amputari superuacua patitur, sed eo lædi vitalia odit.
 quare vitro, lapide, ossisq; cultellis præscindebatur: sed incidentis manus libra-
 15 batur artificio temperamento, nequid vltra corticem violaret, vltraq; desquamare
 re alienum erat. Succus è plaga manabat, quod opobalsamū vocant, eximia sua-
 uitatis: nanq; omnibus præferebatur odoribus, sed tenui gutta, ploratu lanis par-
 ua colligebatur in cornua: ex ijs in nouo fictili condebatur, crassiori similis oleo,
 & in musto candida, rubescebat deinde simulq; durefcebat è trāsflucido. Vinde-
 20 miæ varia fuit ratio. Theophrasti temporibus, & Alexandro Magno res ibi ge-
 rente, die æstiuo vnam concham impleri iustum erat, omni vero fœcunditate è
 maiore horto congios senos, minore singulos, & cū duplo rependebatur argēto.
 Dioscoridis ætate circa Canis ortū flagrantissimo æstu vulnerati frutices, ex om-
 ni vindemia senos aut septenos congios implebant. At Plinij æuo largior vena
 25 ter omnibus percutiebatur æstatibus. Dimicatum pro succo fruticis est, victisq;
 Iudæis vindemia fisco credita est. Deputatur quoq; frutex, & sarmenta in merce
 sunt: amputatio surculūq; vænibat. Xylobalsamū vocatur, quod coquitur in vn-
 guentis, pro succo ipsæ substituunt officinæ. Corticis etiā ad medicamenta præ-
 tium erat. Præcipua autem gratia lachrymæ, secunda semini, tertia cortici, mi-
 30 nima ligno. Ex hoc buxeum optimum est, quod est odoratissimum: ex semine
 autem maximum & ponderosissimum, mordens gustu feruensque in ore. La-
 chrymæ probatio: vt sit pinguis, tenuis, ac modicè rufa, & in fricando odora-
 ta. Secundus candidæ colos, peior viridis crassūq; pessimus niger. quippe vt
 oleum senescit. Ex omni incisura maximè probatur quod ante semel fluxit.
 35 Vitiatur ex semine suo, vt vix possit fraus deprehendi, maleficium tamen de-
 tegitur amariore gustu: esse enim debet lenis, non subacidus, odore tantum au-
 sterus. Vitiatur oleo rosæ, cypri, lentisci, resina, galbano, cera cypria: nequissimè
 autem gummi, quoniam ipsum quoq; inhærescit manu inuersa, & in aqua sedit.
 Quod cera & resina permutatū est, in carbone nigriori flamma coarguitur: nam
 40 ementitum melle statim contrahit muscas: metopio adulteratū, in aqua circulo
 cādido cingitur. Synceri probatio gemina est Dioscoridi. nanq; si gutta vesti la-
 næ conspersa & eluta nihil maculæ reliquerit aut fordis, egregia est: quæ muta-
 tata fuerit, pertinaciter hærebit. Alia est, vt lac coagulet, quod quidem adulteri-
 nū non facit. præterea synceræ gutta in lacte vel aqua celeriter sedit, elactescitq;
 45 vitiata, olei modo innatat, & stellatim diffusa radiatur. Syncera quoq; sentit æta-

tem, crassescensq; deterior redditur. Errant, qui in aquammersum primum desidere putant ad ima vasis, postea reciprocatum non diffusum emergere. Esse debet lachryma recens, odore vegeto, non subacida, dilui facilis & laevis, gustum astringens, & quadam tenuis remordens. Huius lachrymae, quum vasis fuerit recondata, triplex Aëtio auctore inuenitur euariatio. Vel enim in facie summam vasis expuitur, candido colore, tenui corpusculo, quae & pretiosissima & plurimos ad vsus celebrata cognoscitur: quae medias partes vasis tenet, fuluo rutilat colore, priori viribus cedens: quae vero in fundum facis more decubuit, omnium deterrima, quam non, nisi quum alterius non datur occasio, ob annonae penuriam ad ferarum morsus & venenatorum ictus vsurpant. Sed seplasiae posterioris longe maior improbitas, quae fraudes novas adinuenit. Quippe quum periti quidam legitimam probabant, si ferrum ea perlitum, & admotum igni confestim deflagraret. Sed id sane quum caphurelæo, id est lachrymae quam caphura remittit, aut caphurato oleo conuenire atque alijs quibusdam compertum est. Alij, quum pessum iret in aqua, neque existeret: sed aliorum quoque oleosorum id commune habetur. Quare utrumque recessum est concurrere, quod & ferrum ea circumlitum accendatur, & immerfa aquae sidat: hoc argumentum legitimae nec spurio habitu villo degeneratis. Sed scitu dignum occurrit, quum recens est, nec vllam sentit vetustatem, aquae supernatat, tum vero linteo ea imbuto probatur. Si sublato ipso descendat nullo colore relicto, sed sola suauitate odoris, syncerae nec villo modo vitatae est argumentum. Arboris discrimen in tria fastigia digeritur. primum scabro aspectu incuruum: secundum procerius caeteris, laevi cortice: tertium gracilius, tenui & capillacea coma, quod vocant theriston: forsitan quod pro sua exilitate facilius demetatur. Interputantur sarmeta & surculi odore praestantes, alioqui grandescerent arbuscula nisi succideretur, & vaneunt magno, xylobalsamum vocant. Ratio probi ut recens sit. Virgis praetenuibus, rufum & bene odoratum, modice opobalsamum redolens. Semen probatur grauissimum & maximum, gustu mordaci & feruente. Adulteratur semine hyperici quod est petra fertur: quod coarguitur magnitudine, inanitate, odoris ignauia, sapore piperis. Strabo ad dolorem tantum capitis balsamum commendauit. Aëtius legitimum ad plurima vitia pollere tradit, datum ex humano lacte delibutorio veneno aut ictui serpentum praesenti esse remedio: item priuatim morsibus scorpionum illito vulnere. Per se calculos comminuere produnt: vuluae inditum, vel subditum ijs mulieribus, quae concipere desierant, restibilem adferre fecunditatem. Addunt sanguini, quae sedis venae fundunt auxiliari: item comitialibus, & frigidis valetudinibus, utpote quae calidissimam sortitum sit naturam. Validissima succo natura excafactoriaque. Caligines oculorum discutit. Perfrictionibus vuluae ex rosaceo cerato impositus medetur: menses, secundas, & partus elidit. Febrium horrores illitu tollit: vlcera purgat sordida: coccoctiones adiuuat: vrinas potu ciet: anhelantibus auxiliatur. Aconito, sumptus est lacte aduersatur, item serpentibus. Idem expetitur acopis, malagmatis, antidotis. Praecipua lachrymae gratia, secunda semini, minima ligno. Semen commodè potui datur compungentibus laterum doloribus, & pulmonarijs. Prodest tussientibus, ischiadicis, comitialibus, vertiginosis, & ijs qui non nisi erecta ceruice spiritum trahunt, orthopnoici Graecis dicuntur: item angustijs vrinae, torminibus, & venenatorum morsibus. Ad muliebres infessus suffitumque: mire decoctum prodest, utpote quod locos

aperiat, & humores exugat. Ad eosdem vsus lignum valet, minore tamen effectu. Ex aqua coctum potu torminibus, cōuulsis, cruditatibus, venenatorum ictibus, item quibus vrina ægrè it, auxilio est. Capitis vulneribus cum iride sicca conuenit: ossium squamas extrahit. Spissamentis vnguentorum ad domandum oleum adijcitur. Calfacit & resiccatur in secundo ordine. Opobalsamum tenuioribus constat particulis. hoc nihil efficacius esse ad glutinanda vel citra cicatricem vulnera, sibi vulgus persuasit. Quod si recipimus, mirū est Theophrastum, Dioscoridem, Galenum aut ignorasse, aut nihil prodidisse: nam Strabo ad capitis tantum dolores commendauit.

Agalochum.

Cap. XXXVI.

Agalochum nostro orbi tantum nomine cognitum, quum (vt Dioscoridi placet) ex Arabia & India lignum aduehatur, thuyino simile, varium punctis maculosumque, gustu spissante, cum quadam amaritudine. cute corioque verius quam cortice vestitur, qui penè versicolor est. Commanducatum aut collutum decocto, suauitatem commendat animæ. Aëtius è Græcis primus quantum equidem inuenerim, à nonnulla similitudine coloris aloës, vt arbitror, xylaloën appellauit: quem posteriorum medicorum vulgus nomine tenuis insequitur. Officinæ *lignum aloës* vocant. Galenus hoc in simplicium censu silentio prætermisit. Paulus Aegineta Indicum esse lignum testatur, thuiæ proximum, odoratum, quod sua iucunditate ijs os commendat, quibus anima fœtet: singularem in suffitionibus gratiam habet. Radix denarij pondere pota medetur, quibus lentore putri stomachus languet. Solutum eundem firmat ventriculum. iocinerosis, dysentericis, laterum doloribus præsidio est. Aëtius arboris esse lignum tradit in varijs orientalium oris, simul & eorum qui plus ad Austrum spectant, natum, nulloque ab alijs lignis discrimine notatur. Quantum ad odoris rationem pertinet, non aliàs odoratius futurum, quam vbi teredinebus diu patens computruit: siquidem marcore sibi suauiore adsciscit odorem. Quare locorum incolæ in frustra dissectum sub terra condunt, & aggere multo obruunt. deinde quum sufficienti tempore emarcuerit, negotiatoribus vendunt. Aegyptij & alij delibrant ipsum, corticemque ligni abijciunt. Huius fastigia summa quatuor celebrantur, quorum notius est Indicum, deinde Sapphicū ex vrbe Sappho, Speon & Hygron, quod ipsum deinde in quaternas species cōciditur, de quibus nunc dicere fuerit operosum. Arabicæ familiæ authores volunt agalochum baccas ferre purpureas piperis minuti similitudine, quapropter piperallam cœperūt nominare. Sed lignū duntaxat in vsu est, quod nulli volunt cariei esse obnoxium, verum odorem spirare non angustum. Quod ex meridie deuenit, fragrantius quidē esse, sed tineosum. Agalochum in myrepico thymiama teidem esse putat Aëtius quod taron, quod authore Plinio ex casia & cinnami confinio inuehitur per Nabathæos Troglodytāsque ijs vicinos. Verūm mágones officinarū persæpe pro agalochō aspalathum substituunt manifesto errore: quū agalochum maculis interstinctū, ac punctis quibusdam variatū spectetur: aspalathus verò subrubescit, subtérque corticē atra quadam rutilat purpura, vnico contentus colore. is spinarum vallo cingitur, illud glabrū potius, nec vllis armatum

aculeis deprehenditur. Vtrunque iucundum expirat odorem, sed illud flagrantiore, sic vt pro thure ad suffimenta possit suffici: is suauem quidem sed perquam exiguum. Aëtio omnia agalochi genera excalfaciunt, ventrem sistunt, stomachum bene habent, sed hygron maximè, & secundū hoc Indicum: reliqua longè minus. Interanea roborant: iocineris infarcti vitia expediunt: humores qui in vêtre coierunt absumunt. Reliquæ huius species iugi suffitu pediculos ob dulcedinè creant, solum Indicum hos sua acrimonia nasci prohibet. Dioscoridi cōmanducatu aut suffitu suauitatē commendat animæ. Conspergi eo corpus totū perutile. Vritur vice thuris. Radix denarij pondere sumpta, medetur quibus vdo lentore stomachus languet. Imbecillū firmat vetriculum, & æstuantē mulcet: latera & iecur dolētibus, intestinis exulceratis, torminibúsq; ex aqua præsidio est.

¶ *Anacardium. Orneoglossum.*

Cap. XXXVII.



Anacardium recentiori græciæ, nam vetus non meminit huius, arbos est Indis familiaris. prouenit quoque in Sicilia montibus, qui flammæ ignis eructant, fructu auiculæ corculo nō dissimili. vnde nomen putatur inditum, rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. Tertiam excalfacientium & resiccantium classem huic assignant. Anacardium memoriæ iacturam refarcit: labantes sensus refricat: obliuionem discutit, & mentem exacuit. morbis cerebri quos frigida vel humida causa attulerit, opitulatur. neruorū resolutioni auxilio est. Sanies quæ in fructu condita manet, verrucas delet. Cæterum cutem exulcerat: scabiē vsu creat. Iuuenibus & biliosis ob caloris vim anacardio interdicitur. nomen *anacardi* officinis retinuit. Orneoglossum, arbor est vlmis specie, folijs amygdalæ, prælongis filiquis in surculorū cacumine prodeuntibus, oleagina magnitudine, in quibus medulla inest linguæ auis similis, vnde nomē, exterius rubra, intus ex candore in luteum vergens, sapore acri, vellicante linguam cum nonnulla amaritudine. Ea, vt tradunt, secundo abscessu calfacit, laterum dolores sedat. vrinam ciet, & remorata hærentēmq; pellit. Venerem stimulat & genituram auget: *linguam auis* officinæ nominant.

¶ *Aspalathus.*

Cap. XXXVIII.



Aspalathus, vt Plinio placet, spina syluestris est in Oriente, candida, magnitudine arboris iustæ: sed idem frutex humilior atque spinosus. In Syria, Nisyro, & Rhodiorum insulis prouenit: quem alij erysiceptrum, alij adipatheum, siue dipsacū, siue diaxylon vocant. Optimus qui minimè ferulaceus, rubens & in purpuram vergens, detracto cortice. Nascitur pluribus locis, sed non vbiq; odoratus. Dioscoridi frutex est lignosus spinis obsessus. gignitur circiter Istrum & Nisyru, in Syria quoq; & Rhodo. Vnguētarij eo spissandis oleis vtuntur. Primi meriti est ponderosius, & qui detracto cortice, rubet, aut in purpuram inclinat, tactu præduro, suauis odore, amarulento gustu. Habetur & aliud genus candidi, surculosi, sine odore, quod & deterius. Plinius item in Cypro, tractu eodē aspalathum nasci prodidit, spinā candidam, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ. radix vnguētis expetitur. Tradunt, in quocūq; frutice curuetur

arcus cælestis, eandem quæcunq; sit aspalatho, suauitatem odoris existere, sed in aspalatho inenarrabilem quandam, arcu in eum innixo. Quidam erysisciptrum vocant, alij sceptrum elisei. Cuius probatio est in colore rufo, tactu spisso, odore castorij. Sed quid fuerit aspalathus, qui compluribus vnguentis & antidotis olim inferebatur, non facile sit enarrare: quum sanè per Hispanias iam ætate Plinij, multi & ad odores & inter vnguenta utebantur, spina quam vocabant aspalathum, sed ea vulgaris erat ex qua fulloniæ implebantur urnæ, radicis tantum usus habebatur. Aspalathus tamen mihi videtur id esse, quod nunc officinæ vocant, lignum Rhodium. nonnulli quamvis falso, ut postmodum docebimus, lignum aloës, vulgus rodoen. Si quidem singulæ quæ à citatis authoribus traduntur delinationes huic ad amissim, nulla reclamante nota, respondent. namque lignum fuisse fruticosum nodi satis testantur, quibus adhuc exasperatum scatet. Declarant etiam aculeorum vestigia nonnunquam id frequentibus spinis inhorruisse, quanuis spiculis castratum & suis viduum surculis: quin potius cortice spoliatum, ad nos deferri soleat. modicam tamen arborem vel fruticem fuisse satis nobis hæc ligni reliquæ docent. Ponderis eius graue satis librans manus perpendit, quod cæterorum more demersum aquis non protinus extat, sed lapidis modo confestim præceps fidit: nec sic obrutum quouis modo consuevit emergere. Adde quod hoc lignum subrubet, & in purpuram quandam exuto cortice tendit, quod oculis euidentius est, quam ut probari mereatur. Satis superque duritiâ & spissitudinem tactus sentit. odoris quoque suauitatem, ligni suffitus indicat. Cæterum si lingua consulatur, leuem amarulentiam resipere, & quadam tenus amarescere constabit. Galenus tamen gustu acrem aspalathum astringentemque apprehendit, cuius iudicio satis lingua subscribit. nec ijs plura quæ ad eius cognitionem pertineant Dioscorides scripta reliquit. Asportatur ad nos à Rhodiorum insulis, inde Rhodij ligni appellationem declinauit. Quin & de flore fruticemque toto ad Rhodios negotiatores retulimus, qui florem ei rosæ tribuebant, prædicabantque humilem arbusculam, fruticemve lignosum crebris spinis aculeatum. Ea igitur, quæ fideli narratione accepimus, & ipsius ligni pericula quæ unusquisque facere potest, in hanc traxerunt opinionem, ut Rhodium hoc lignum sit idem, quod à veteribus aspalathus diceretur. Accedent etiam nostræ nimirum sententiæ, qui diligenter hæc scrutari, & singulas notas disquirere voluerint. Quippe quum magnitudo ei arboris modicæ, vel potius frutex humilior, spinosus, in Rhodiorum insulis frequens, unde defertur ad nos. flore rosæ rubet atque vergit in purpuram, cortice detracto, densus, gustu subamaro. Igitur aspalathum hunc esse nemo nisi veritatis surdus poterit inficiari. Radix vnguentis nascitur: odore terræ, in quam arcus cælestis incubuerit, nempe suauissimo & inenarrabili. Radicem nigram Hippocrates quum vocat, Galeno radicem significat aspalathi, Crisæo Phocidis agro commendatissimam. Vis ei calfactrix, astringens, ideo tetraoris vlcera decoctus in vino, collutusque sanat. Genitalium nomas & putrilagines, carbunculantiæque partium earundem vlcera infusus purgat. In pessulo subditus partum elidit: aluum sistit eius decoctum, & sanguinis reiectiones potu cohibet: angustias urinæ & inflationes discutit: rimas sedis subter inditum coarctet. Dissimilibus aspalathus conflatur particulis, acribus, quibus excalfacit: & austeris, quibus refrigerat. ideoque resiccet.



Succinum, Græcis electrum, Germani gentilitio nomine *glesum* appellarunt. Autumno quibusdam pinei generis arboribus exudatur, & vt gummi cerasis, copia humoris erūpit, & rigore aut mari densatur. Intumescēte æstu raptim ex insulis septentrionalis oceani expuitur in litus, ibiq; vadis inter cætera maris eructamēta rude legitur. A Germanico Cæsare Germaniæ oras scrutante cōperta arbor est, generis pinei, quæ per autumnū succino lachrymat. Ne credantur Padanæ syluæ lapidem fleuisse: operæ est pretium ostēdere, vnde hanc speciē barbari intulerunt. quæ quum per Pannonica cōmercia vsu ad Trāspadanos homines foret delata, q̄ ibi primum nostrī viderant, ibi etiam natam putauerūt. Munere Neronis principis apparatus omnis absq; succino inornatus erat: nec difficulter, quū per idem tēpus tredecim millia librarū rex Germaniæ ei dono miserit. Rude primū nascitur & corticosum, deinde incoctū adipe lactentis suis expolitur, ad quē videmus nitorē. Pro facie habet nomen, amelleū dicitur & phalernū, vtrūq; de similitudine mellis atq; vini. Cornelius Tacitus eo libello, quē Germanorū moribus dicauit, ita scriptū reliquit, Germani qui mare scrutantur, soli omniū succinū, quod appellāt glesum, inter vada atq; in ipso litore legunt, nec quæ natura, quæue ratio gignat, vt barbaris, quæsitū comperitūmq; diu. Quinetiā inter cætera maris eiectamēta iacebat, donec luxuria ei nomen dedit. Iphis in nullo vsu rude legitur, informe perfertur, pretiūmq; mirantes accipiunt. Succū tamen arborū esse intelligas, quia terrena quædam atq; etiā volucra animalia plerunq; interlucēt, quæ implicata humore mox durecente materia clauduntur. Fœcundiora igitur nemora, lucos, sicut oriētis secretis vbi thura balsamāq; sudantur: ita occidētis insulis terrisq; inesse credidit, quæ vicini solis radijs expressa atq; liquātia in proximū mare labuntur, ac vi tēpestatum in aduersa litora exundant. Succum tamē esse nomine deprehendas. sed quòd pineæ sit arboris, indicio est odor in attritu pineus, & quòd accēsum tedæ modo deflagret. Nanq; si naturam succini admoto igni tentes accenditur, alitq; flammam pingue & pinum olentē: mox in picem resināmq; lentescit. Liquidum primò stillauisse, argumento sunt formicæ, aut culices, aut lacertæ, quos adhæsisse musteo nō est dubiū, inclusæ indurescēti. hoc quoq; Martialis disticho capeffes,

Quum Phaëthontea formica vagatur in vmbra,
 Implicuit tenuem succina gutta feram.

Cum intumescens æstus ex insulis rapuit, certè in litora repellitur, ita volubile vt pēdere videatur atq; confidere in vado. Affertur à Germanis in Pannoniam, inde proximi Pannoniæ accipientes primi circa mare Adriaticū fecere famā. Pado verò adnexa fabulæ videtur causa, agrestibus fœminis Trāspadanarū succina moniliū vice gestātibus, decoris gratia, quæ narrat icti Phaëthōtis fulmine sorores, fletu mutatas in arbores populos, lachrymis electrū omnibus annis fundere, iuxta Eridanum amnē, quem Padum vocāt: & electrum appellatum, quoniā sol vocitatus elector, vt plurimi poetæ dixere, Nicander, Euripides: & è nostris Ouidius electrum lachrymis Phaëthontiadum enatum ijs carminibus prodidit,

Inde fluunt lachrymæ, stillatāq; sole rigescunt

De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Quod esse falsum omnium testimonio patet. Lucianus videndi miraculi (vt reliquit scriptum) gratia ad Padum amnem se contulit, serio, non ludicro (vti solet) sermone fatetur, neque populos ibi adesse, neq; succino collachrymassè. Falsum æquè prodidere in extremis Adriatici sinus rupibus inuijs arbores stare, quæ Canis ortu hoc effunderent gummi. Theophrastus libello de lapidibus in Liguria effodi dixit. Phaëthontem in Aethiopia Ammonis obiisse, ob id delubrum ibi esse atque oraculum. Non desunt, qui in Scythia duobus locis erui tradant, candidum atque cerei coloris, quod appellatur phalernicum. Dioscorides duo videtur electri statuere fastigia. Vnum lachrymã commemorat, quæ in Padum amnẽ defluat, durari ac coire in succinum, quod attritum iucundum spiret odorem, & colore aurum imitetur: quare chryso-phorum, quòd auri colorem referat, cognominatur. Hoc potu stomachi fluxiones & ventris profluuia sistit. Alterum, quod cognomento pterygophorũ, id esse fatetur, quod lyngurium, vrinãq; lyncis, simul atq; egesta est, glaciari cõcrescerẽq; in duritiã calculi, vt cõmentitium refellit. Addit & stomachi vitijs & alui fluxionibus mederi. Quum ergo lyngurium neque colore, neq; duritia, neque viribus à succino dissideat, varia statui genera superuacuũ est. Adde, vt Theophrastus perhibet, lapidi isti lyngurio succini colorem inesse, pariter spiritu trahere propinquantia, dolores renum sedare, mederi regio morbo. Sed fabulosum esse putauerim, quod ab ijs, qui naturas lapidum sunt persecuti, contenditur, lynces præsentiscere vrinas in pretiosos calculos cogi, eo documento, qd egestum liquorem illico arenarum cumulis obruunt: inuidia scilicet, ne talis egeries transeat in humanũ vsum. Nec desunt, qui succinũ putent cõcreti maris esse purgamentũ, & pro ligno ad ignẽ vti. Alij credũt solis radios circa occasum, vehemẽtius actos in terrã, pingue sudorẽ in ea parte oceani relinquere, deinde æstatibus in Germanorũ litora eijci. de electro & lyngurio hæc Theophrastus memoriã prodidit. Lynguriũ vt lapidẽ durũ scalpi, nõ folia tantũ aut stramẽta ad se rapere, sed æris etiã ac ferri laminas, quod Diocles quidẽ testatur, concrefcere in pellucẽtes gẽmas atq; frigidas: quæ & scalpantur, sed hoc discrimine. è maribus præcipuè feris præstãtiores, è fœminis præsertim cicuribus languidiores, quod vel cibi vel laboris differẽtia euenit. Humidiorem effodiunt periti, quippe quã redditam vrinã animal aggesta terra obruat, ceu gnarũ peti plures ad vsum. Electrum idem tradit splendens & fossile circa Ligusticam, cui trahendi quoq; ferri vis inest: sed alijs in locis rarius enascitur. Succinum excitata vi caloris, stramenta, floccos, paleas, atq; vestium fimbrias allicit ad se, & leuia quæcunq; vt Plutarchus inquit: præter ocymum, & alia oleo imbuta, quæ aut respuit, aut à sese abigit: non secus atque magnes lapis non ad se ferrum amplius trahit, si allio perlinatur, de qua re diximus alicubi. Genera succini plura traduntur. Candida odoris præstantissimi: sed nec ijs, nec cereis pretium: fuluis maior authoritas, ex ijs etiamnum amplior transluentibus: præterquam si nimio flagrent ardore, imaginẽq; igneam inesse, non ignẽ placet. Summa laus phalernis à vini colore dictis, molli fulgore perspicuis, sed quomodolibet & hœdorum seuo & anchusæ radice tingebãtur. Quippe etiam conchylio inficiebantur. Vnum genus adiecerũt chrysolectrum quasi coloris aurei,

rapax igniū, et si iuxta fuerint celerrimè ardorè concipiens. hoc collo alligatum mederi febribus, tritū cum melle ac rosaceo aurium vitijs, vel per se farina eius sumpta, vel cū mastiche ex aqua pota. Infantibus succina alligari amuleti ratione prodest, & cuicunq; ætati contra lymphationes. Si cum melle attico terantur, oculorū obscuritatibus auxiliantur: stomachi & ventris fluxiones sistunt. Succina etiā gemmis quæ translucidæ sunt, adulterandis magnū habent locum, maximè amethystis, quum omni colore tingi possint. De lyngurio priuatim dici cogit authorum pertinacia: et si idem cum electro esse veritas asserat. Lyngurium gemmā esse contendunt: & quod ad medicinā pertinet, proditur calculos vesicæ eo potu elidi, & morbo regio occurri, si ex vino bibatur, aut si portetur. Succinū nostræ officinæ, rurāq; & vulgus medicorum *ambra* vocant *citrinam*: mauritani Karabe. Gestant apud nos mulieres decoris causa, quædam moniliū vice, & credantur tonsillis resistere, & faucium vitijs, vario genere aquarum infestante guttura. Aliæ in orbiculos aut verticilla quibus fœminæ suas preces numerant effingunt, & collo, vel brachijs, aut certè cinctū ferunt. Sed diuersum est hoc genus omnino, quòd ampar vel ambar, *ambra* vulgo nominatur, incompertum veteribus. Aëtio multis locis scaturiens, bituminis aut sulfuris modo. Discrimen eius triplex, rufum & pingue. Præfert Selachiticū sic à municipio quodam Indiæ vocatum, vbi nascitur, subalbidum: ex Arabia felici minus probatur, è maritimo quodam oppido, cui Sehra nomen est: deterrimū nigrescit, quod pisces deuorauerunt. Officinæ, vti suprā diximus, *ambra griseam* appellant: nos græcam fidem secuti malumus ambarum nominare. Non desunt è doctis, qui succinum orientale malint vocare. De electro sunt qui tria genera constituent. primum ex arborum succo, quòd inde succinum dicatur, vt non hoc sit, quod Homerus nouerit. Secundum naturale quinta parte argenti, vt in canaliensi auro. Tertium cura fit ex tribus auri partibus, & vna argenti: quanquam quòd quintam partem argenti non excedit, incudibus non resistat. Errare Plinius existimat, qui melius esse putant naturale. Cuius probatio, vt veneno accepto & stridorem emittat, & varios quasi arcus cælestis in dissimilitudinē reddat colores. hoc, vt narrant, ad lucernarum lumina clarius splendet. Electrum Strabo tradit ipsum esse purgamentum auri coctura prima, quod ex sulfurosæ cuiusdam cretæ comitatu fit, argentum aurūmq; in se complexum, Chymistæ Phaëthontem appellant. Sed verbosius ferè quàm res exposceret, negotium sumus prosequuti.

¶ *Muscus arborum.*

Cap. XL.



Muscus Græcis bryon, alijs splanchnos, alijs ipnos dicitur. haud aliud est, quàm cani arborum villi, quales in senescente quercu maximè videmus, sed odore præstātes. Prima laus cādidissimis atq; altissimis, secunda rutilis, nulla nigris. In insulis petrisque nati damnantur, omnesq; quibus palmarū atq; non suus odor inest. Dioscorides in arboribus, cedro, quercu, populo, muscum inueniri tradit. Prima dignatio cedrino, proxima populno: meliores cādidi odoratiq;, deteriores nigri: in Cyrenaica prouincia maximè probatur. Fertur & in Aegypto nasci, quin & in Gallia non dubitatur. Ex eo & balanino oleo expeditissimū primūmq; oleum fuisse tradunt. Sunt & hoc nomine panni arentes mu-

scoso villo, quales in glandiferis sola ferè quæ vocatur ægilops fert. verum è ramis dependentes cubitali magnitudine, odore valentes. Eo etiam bryi vocabulo intelligitur populi candidæ vua, circa Gnidum optima, aut Cariam, in sitiëtibus asperisq; secundam in Lycia è cedro ad vnguenta pertinentem prædicat. Gale nus quoq; bryon in picea inueniri tradit, quod & Paulus confirmat. Potentia ei astrictoria. vuluis decocto insidëtibus vtilis. oleis inspissandi gratia inferitur: itè odoramëtis ad suffitum, & acopis.

¶ *Narcaphthum, & Cancamum, Cyphi.*

Cap. XLI.

NAscaphthum, quod & ab alijs narcaphthū vocatur, olim ex India deportabatur, corticosum natura, & putaminibus arboris mori: prætermissum à Plinio vt arbitror consultò, quia incerta esset eius facies, vt aliorum quoq; plurium, quæ nostro orbi tantū nominibus cognita sunt. Paulus lacaphthi meminit inter ea, quæ in magno cyphi, quod cognominant heliacū adijciuntur, & corticem piceæ vel alterius arboris existimat. ego lacaphthum idem esse cum nascaphtho reor. Laudatur accensi nidor, quare suffimentis inferitur, astrictos fœminarum locos suffitu recludit. Cancamum ex confinio casia cinamiq; deuehitur, sed per Nabathæos & Troglodytas qui confedere ex Nabathæis. Dioscoridi lachryma Arabicæ arboris myrrhæ quadam tenuis proxima: cæterum gustu viroso, qua vtuntur ad suffitus. obesum adipe nimia corpus onere leuat & ad maciem perducit. Paulus arboris Arabæ odoratam esse lachrymam tradit myrrhæ non dissimilem, quæ suffimentis vsurpetur. Addit vim obtinere extenuandi præpingues & obesos. Corpus, vt tradit, nimia pinguitudinis sarcina grauatum emacescit, si ternis obolis in aqua, vel aceto mulso plusculis diebus ebibatur. Datur lienosis, comitialibus, & suspiriosis. Commoratos menses ex aqua mulsa trahit, cicatrices oculorum celeriter exterit. retusam eorundem aciem vino dilutū exacuit. ad vliginem gingiuarum destillationesq; & dentium dolores nihil æquè facit. Cæterum non sum nescius à barbaris, qui Dioscoridis & Pauli citarunt testimonium, id *laccam* dici, quod Dioscorides & Paulus cancamum appellarunt, idemq; plurimis recentiorum græcorum compositionibus hoc nomine dicatū. An tamen lacca sit, de quo agitur cācamum, non satis habeo cōpertum. Quod & si genus hoc myrrhæ referat speciem, tamen vacare mihi videtur odore, qui possit ad suffimenta dari, sapore viroso. Adiecere Mauritanii rubram esse laccam, tinctoribus expetitam, roris modo supra surculos arborum insidentem, præsertim mespili, & coalescentem in gummi. Infectores floccorum purpuræ eam macerant, vt colorem ebibant lanæ, & quod remanserit, lacca esse dicitur. Hoc modo solet elui. ramuli & frutices qui hoc scatent gummi candente aqua, in qua aristolochia & iuncus odoratus inferbuerint, resperguntur, & pistillo subiguntur, dein aqua, quum fidunt emittitur. quod si non perluceat, idem opus obire oportet, dein in vmbra ficcare & ita recodere. Lacca pretioso medicamēto recentioribus Græcis indidit nomen dialaccā. Cyphi compositio erat odorum, quam ad propitiandos deos antiquitas vrebant, sacerdotibus Aegypti vernacula, in quo imbuti hac vana superstitione superfluebant. Cyphi cremabant versperinis omnibus Aegyptij, matutinis resinam, meridianis myrrham. Ea erat mi

scella, vt Plutarchus author est, sedecim literis sacris contenta: ex melle, vino, vua passa, cypero, resina, fefeli, aspalatho, myrrha, iunco, bryo, calamo, vtraq; iunipero, lacaphtho, cardamomo, bitumine. Dioscorides proximam cōdendi huius rationem prætexit. Capit cyperi semisextariū, iuniperi crassioris tantundem, vua passæ præpinguis enucleatæ libras duodecim, resinę repurgatę libras quinq; calami odorati, aspalathi, iunci odorati, omniū parem modum pondo: myrrhæ denarios duodecim, vini veteris sextarios nouem, mellis pondo libras duas. Ac primo quidem exemptis acinis vnam passam quum tundis, & cum vino myrrhāq; subigis, mox alias species teris, & cribro succretas prioribus cōfundis, patrisq; diem solidum interquiescant, & combibant: deinde mel concoquis, vsque eo dum crassitudo glutinis fiat, tum resinā excalfactā vt distabescat probè commisces: postremò & reliqua diligenter & nauiter cōfricas, condenda mox fictili. Sunt & thymiamatis huius, & pro arbitrio rationes: sed duæ in medicina cognomentis insignibus, quarū vnam soli, lunæ alteram nuncuparunt, heliacum & seliniacum, hoc est solarium & lunarium appellātes cyphi. Has suffitiones lingua nostra *cyphas* corrupto vt reor nomine vocant, pro *cyphas*. formāntq; in auicularum modum, vt communiter apud nos dicantur *cyphiæ auiculæ*, vestigio veteris nominis adhuc relucente.

¶ *Myrobalanum.*

Cap. XLII.



Myrobalanum Troglodytis & Thebaidi & Arabia, quæ Iudeam ab Aegypto determinat, cōmune est, nascēs vnguento, vt ipso nomine apparet, quasi dicatur vnguentaria glans. quo item, vt Plinius est author, indicatur & glādem esse arboris, heliotropio simili folio, fructus magnitudine auellanæ nucis. Theophrastus ei (nisi librarij mendum adsit) myrti folium reddit, Dioscorides myricæ, duntaxat oblongius. Arbor grandis incorruptaq; sed cōtorta. Vnguentarij institores corticem glandis eius premūt odoris gratia: medici verò nucleos tundūt affusa paulatim calda: quāquam & Theophrastus inutiles esse prodidit. Galenus vnguentarios vti scribit expressæ carnis succo, medicis quoque vtilem ad eliciendos vomitus carnem esse tradens. Glans magnitudine & aspectu caparis, aut nuci potius auellanæ similis. lignum robustum, vsu præcipuè nauali, in Arabia nascens. ex ijs in Arabia proueniens Syriaca nominatur, & est candida. Præfertur illa bonitate olei quod exprimitur: sed copia, Thebaica. inter hæc Troglodytica vilissima, Sunt qui Aethiopicam ijs præferant, glandem nigram, nec pinguem, nucleóq; gracili, sed liquore qui exprimitur odoratori, nascentem in campestribus: Aegyptiam pinguiorē esse, & crassiori cortice rubentem, & quāuis in palustribus exiliat, breuiorem, sicciore. è diuerso Arabicam viridem ac tenuiorem, & quoniam sit montosa, spissiore. longè optimam petræam, nigro cortice, nucleo candido. Antiquitas hoc genere myrobalanorum contenta fuit. Posteritas in noua alia quinq; discreuit fastigia, nempe sua quiq; diligentius sectati ea non modo effectū differre obseruarunt, sed alia alijs gigni arboribus. Quædam dixerunt lutea, quæ ex herbaceo colore flauescunt, spissa, ponderosa, exili nucleo, cute crassa. Hæc corporis æstus refrigerare, accensamq; bilem deiscere: ex omphacio oculis illini, eorundem caligines & epiphoras discutere. His succe-

dunt quæ à colore cæruleo vulgus *inda* nominant, solida sine nucleis, oliuæ forma, ad bilem atram deiciendam efficacissima. itaq; tristitiã discutere, quartanas & tremulas sanare, purgare lepras, colorem restituere volunt. Proximè laudant, quæ vocant cepula, cæteris ampliora grauiorãq; ex fusco ruffescentia, carnosa: ea pituitam trahere, oculorũ aciem illustrare, coctiones iuuare, pectus repurgare, aquæ intercuti & longis febribus auxiliari. Quartum genus empeliticum vocant cute ossibus hærente, lapillorum penè figura. ea pituitam trahunt: profunt neruis & veteriosis, mentis aciem exacuunt, stomachum purgât. cardiacis succurrunt affectibus, sitim sedant, fastidia discutunt, comprimunt vomitus. Sunt qui hæc cum beletzicis myrobalanis non adnumerent. vtiq; specie tota dissidere videntur, angustiora multo, colore in cinereũ languète. Beletzica eadem quasi forma spectâtur, qua empelitica. purulētis medentur ex creationibus, venis sedis sanguinem profundentibus, capillorum defluuio, quos etiam denigrare tradunt, ex amygdalino oleo & melle trita. In plenum myrobalanorũ vsus ætatem conseruat integram, recreat cutis colorem, & halitus præstat suauitatem, mentẽ exhilarat, intestina firmat, incandescentẽ bilem restinguit. Condiendi modus à multis edocetur. Actuarius de myrobalanorũ generibus hæc nobis scripto reliquit, Fructus ij nobiles plerisq; ad nos ex Aegypto Syriãq; deportâtur, callo corporis compactili, osse intus lignoso, quorũ nõnullos vocât flauos, alios cepulos, quidã magnos malunt appellare, alios nigros, ij communi omniũ sermone myrobalani nomine veniũt. ea binũm aut ternũm denariorũ pondere trita peculiariter superuacuum capitis humorẽ exhauriunt: sed flaua bilem flauam, atram nigra detrahunt, quemadmodum pituitã cepula. Quin & stomachum sua constrictione firmant: verum vsta multo magis & elota, qua conditione ignem aut aquam exserta magnam in purgãti facultate faciunt iacturam, quòd tenuiusculis siccioribusq; constent particulis. In quibus defluxio membrum aliquod malè habet, aut intestina exulcerat, ambusta repræsentantur. mediocriter aluum subducunt. easdem sibi vires arrogât, quæ *empelitica* & *emblica* barbaris vocibus nominât. Quare barbaræ familiæ medici prudentes ea genera in vnam misturam cogunt, nominantq; *triphalon*, medicamen vëtri ciundo desideratum. Nec me fugit nigra, quæ ipsi vocant *inda* à recentiore Græcia damasonia vocitari, ea fastigia omnia ab officinis ostenduntur.

¶ Piper.

Cap. XLIII.

DE piperis arbore parum apud veteres recentiorẽsque conuenit, nanq; Plinio, quæ piper gignunt iuniperis nostris similes: quamquam in fronte Caucaſi solibus opposita nasci tãtum eas aliqui tradidere. Semina à iunipero siliquis distant paruulis, quales in phasiolis videmus. hæc priusquam dehiscant, decerptæ tostæque sole, faciunt quod vocatur piper longum. paulatim fatiscentes per maturitatẽ, ostendunt candidum piper, quod deinde retorridum solibus, colore rugisq; mutatur. Verum & ijs sua iniuria est, cæliq; intemperie carbunculatur, fiuntque semina cassa & inania. Alij in Caucaſi fronte, qua soli sit obuersus, arborem piperis ostentât, ad iuniperi similitudinem, diuersos æderæ fructus affirmant. Quibus erũpit velut corymborum fimbria, dicitur piper longũ: quorũ

cutem rugosam calor fecerit, aut caducus sole torretur, nigrum vocant à colore: quod est incorruptum, album est. Theophrastus duo constituit genera, rotundum erui modo, putamine carnèq; subrutila, ceu lauri baccæ: alterum oblongum, nigrum, semina continēs papaueracea, quod multo validius priore iudicatur. Ambo vim excafactoriam possident: quamobrem aduersus haustum cicutaë venenum auxiliantur. Hoc idem Athenæus Theophrasti iudicio fretus asserit. Philostratus longè aliter de pipere sentit, tradens Caucaſi partem, quæ ad Rubrum mare porrigitur, diuersis aromatum generibus esse confitam, in cuius præruptis lateribus exoriuntur piperis arbores, quæ similes esse visuntur illi, quæ Græci agnon quasi castum, nostri viticem appellant, cum partibus alijs, tum maximè fructuum racemis. Proueniunt crepidinibus, locisque hominum generi plurimum inaccessis, vbi simiarum populus caernas montis & cuniculos incolit. quæ quoniã velut agricolæ in Indos sua conferunt officia: illi accepti beneficij non immemores, à leonum iniurijs vindicant, qui ægroti & medicinæ & cibi gratia magnopere simijs insidiantur. Quod ad piperis collectionem pertinet, sic se habet. Accedentes ad radicem montis Indi, factis sub arboribus areis, decerpentes baccas arboribus interdum adrepunt, & lectum inibi piper congerunt in acervos, quasi rem neglectui datam æstimatamque minimi eò proiciant: circumstantes verò simiæ atque in auis abditæ vindemiam hanc eminus intuentur: quum aduersaſcit, Indorum opus imitata, bacciferos arborum termites magno metendi studio in areas acervatim conferunt: ac vbi dies illuxit, reuertentes Indi piperis cumulos asportant, quos nullo labore sed noctu partes cõquisiuerunt. Huc facit, quod Dioscorides viticem siue castum à Romanis dici piper agreste, forsitan ob eam quæ restulit similitudinem adfirmat. Audio piperis arborem iam Italiam habuisse, maiorem myrto, nec absimilem. Galenus & post eum Paulus prodiderunt radicem piperis vires costi prorsus æmulari: sed fructum congerminatis primùm arboris longum piper dici, quod humidius intelligitur, argumẽto, quod facillè depositum pertundatur, & celeriter cariem sentiat, neq; protinus, sed sensim linguam vellicet. Qui verò acerbæ vuæ modo pubescit, candidum piper nominatur, acrius nigro quod maturitate retorridum exaruit. Vtrunq; vehementer excafacit & exiccat. Sed longè aliter, quàm Theophrastus & adhuc Philostratus, qui Lusitani regis diligentissimi studio, liburnicis magna parte meridiani situs ambitu Mauritanie circumuectis, in nouum orbem se contulerunt, natales reliquamque faciem stirpis ad nos reuersi, repræsentarunt: quum plurimas se vidisse fateantur, fruticem non arborem piper ædere narrant, albæ viti sepibus proreptanti simillimã, vicinas scandentem arbores, quæ racemosum fructum ostendat, primum viridem, nec aliter quàm in ligustro coacervatum. Hunc, antequam legitima maturitate nigrescat, lectum, sub sole palmeis tegetibus expandunt: sic baccas solis æstu corrugari, vel passas nigrescere cõmemorant. In eodem frutice longum piper aut album offendi negat, sed alias arbores, quæ sapore piperis non nihil ferat oblongum, cõpactilibus callis racematim coheretibus, veluti ponticæ nucis iulum, quod inibi longum piper incolæ nominat. nanq; tam æmula facie longum piper exprimunt, vt nisi sapor fallaciam proderet nullo insigni discerniculo notarentur. Vides, quàm dissimiliter exotica arbor à varijs authoribus sit depicta, qui forsitan eam non vidissent, sed potius indigenam fidem sequuti repræsentarunt. Id tamen nõ est